Baptista Reggianus *Joannes*—A R. P. M. F. Damiani a Fonseca Itinerarium, ac gesta ex variis relationibus ejusdem per me Io. Baptistam Reggianum ejus amanuensem collecta.

Copia nitida do sec. XVII.—1 vol. in-4.º de 317 fl., encad. perg.

(B. 3—15) 339

B, 3, 15

E C N
f.
339

B. 6. 5
B, 3, 15

A R. P. M. F. Damiani a Fonseca Itinerarium, ac Gesta ex uarijs relationibus eiusdem per me Io: Baptam Reggianum eius Amanuensem collecta.

RPB

Prima Pars.

Nascitur Infans Damianus, & a P. M. Granatensi ad Præd. Ordinem dirigitur: Cap. I.

Varios utriusq. fortunæ casus relaturus, quibus P. Fonseca sibi ad immortalitatem uiam strauit, a primis eius Natalibus exordiri operæ pretium esse duxi. Natus est ergo P. M. Fr. Damianus Fonseca nobilibus parentibus Vlyssippone Lusitaniæ Metropoli anno Domini 1573. V. Kalendas Maij, nondum Kalendario a Gregorio xiij. ad pristina

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

formam revocato; et quia eius Natalis in pervigilium Dominicæ ascensionis incidit, cognominatus de Ascensione est. Patrem habuit Odoardum de Acosta, qui ob morum lenitatem; leporem in colloquijs; dexteritatem in negocijs peragendis non vulgarem, aliasq. egregias indolis dotes summam sibi gratiam non apud omnes Regni Proceres modo; sed apud Regem ipsum D. Sebastianum comparaverat, a quo ad arcana consilia, domesticaq. colloquia haud raro admittebatur. Matrem Dnam Annam de Fonseca, pietate in Deum, religione in omnes Cælites, charitate in Proximos tanta, ut fucatis Mundi illecebris abdicatis, vanumq. Mundi fastum alto pede calcans, facile sese viro et sui, et omnium Sæculorum ornamento, Animarum qua perscripta, qua per omnium virtutum exempla Duci Serenissimo Ludovico Hanatensi et spiritualibus congressibus, et quotidianis propè confessionibus insinuaverit, cui cum editum nuper filiolum pietatis, et boni ominis causa benedicendum

nedicendum obtulisset: ab eodem sedulò monita est, ut ingenuè, pieq. educatum, ad Prædicatorum disciplinam, Ordinemq. dirigeret, futurum præsagiens Vir in coniecturis sagacissimus, ut Dominicani Cæli Sideribus non minimum iubar accederet. Accepit Anna omen, tantoq. oraculo plena, tota in Infantis curam, amoremq. effusa, nec foras Nutrici educandum dedit, nec à Viri cognomine de Acosta; sed à suo de Fonseca (sic Patriæ, Hispaneq. gentis uniuersæ ferente consuetudine) nuncupari uoluit. Leuiusculum fortasse cuipiam uideri possit, quòd ad prodendam mirificam ingenij uim, et innatam Infantis ad litterarum studia propensionem non præscribo. Vt enim nulla tam spissa nubium caligo est, quæ celare penitùs Solem possit; sic latens ille in cunis bonæ mentis igniculus per prima sese indicia exerit et illustrem quendam meridiem in Aurora pollicetur. Vociferans quondam præter solitum Infantulo, et mammulæ desiderio inconsolabiliter uagiens, blan-

dicul[illegible]

diculis uerbis, et illecebrosis osculis accurrens indulgentissima Mater, accepto in sinum, pectoriq. admoto, papillam in os indit, manu capitulum, cantu auriculas mulcens, lenire iram, somnumq. ocellis conciliare nitebatur. Lenire ille magis, lenimenta respuere, iactare caput, comas lacerare, tectum omne eiulatione implere. Mæsta, et sollicita Parens ubi se uidet nihil proficere, et materiam incendio aggerare, ad auertendam a doloris sensu puerilem mentem, conceptum, qui tum forte ad manum fuit, libellum abecedarium, unde typis impressa pueri prima litterarum elementa, fideiq. tyrocinia discunt, stridenti offert, Sanctumq. Crucis signum rubro inibi colore inpressum ante alphabeticam seriem effigiatum osculandum tradit. Mirum dictu! nec procliue creditu, adm̃odum labellis Puer libellum dissuauiare tam clarè coepit, ut quasi sibi dictum illud esset Comede uolumen istud. omissa repente, quasi uiliori cibo fastidito, mammula, cartulas

illas

illas mandere; ac ni foret à Matre inhibitus, devo-
rare velle videretur. Quid? in posterum nullum
irarum lenimentum, nullum querelarum solamen
illo fuit accommodatius: unicus ille libellus mul-
cere turbatum animum: unicus libellus siccare
lacrymas, et serenare frontem poterat. Amabò, nõ
ne hoc est litteras cum lacte sugere? Istæ nimi-
rum indoles sunt altis eruditionibus natæ, et ido-
neum Doctorem, Ductoremq. nactæ futuræ doctrina-
rum apices, et in culmen ultrò sua sponte iturę.
Ingressus igitur pueritiam, et à Pedagogo intra
domesticos parietes primis litteris diligenter im-
butus, se magnis è Societate Jesu Magistris non
bonis modò literis, sed ingenuis moribus excolen-
dum, informandumq. tradidit: quibus quidem
adeo, et diligentia in discendo, et parendi studio, et
morum suavitate amabilis, clarusq. fuit, ut
brevi in velitationibus scholasticis, cum colloca-
to pede, consertisq. manibus acies cum acie de
progressu in litteris, quasi de Regni finibus in-

certa

cruenta pugna dimicat, et aperto Marte cum
Studiorum Praefecti, aut viri Principes hono=
ris, animiq. causa scholas ex intervallo intervi=
sunt, hic semper aut primipilus, aut Signifer,
aut Tribunus phaleras, hastam, coronam, palmas,
triumphum non raro retulerit. Annos natus
xij. cum reliqui pueri aut suo aut Parentum,
Magistrorumve vitio vix è grammaticae salebris
emergunt, peracto politioris litteraturae curricu=
lo, cum sua sponte, tum Matris hortatu, instituta
cum Dominicanis consuetudine, frequentare Vene=
rabilis Patris Granatensis disciplinam, cellamq.
coepit: quo vir ille incomparabilis, bono publico, et
piscandis animis nato, amanuensi (graphicè enim
Romanos characteres efformabat) utebatur. Vi=
gebat ea tempestate Ulyssipone Mariae de Visita=
tione Monialis S. Dominici, haud obscuris nata=
libus ortae, formaeq. speciosissimae inclyta fama,
Hispaniaeq.: inde totius fermè Orbis fines perva=
serat, Sanctaq. omnium consensu; et Catheri=

nae

næ Senensi, Agnetiq. de Monte Politiano par, ac similis habebatur. Quid ni? quinque plagis, illarum instar, ut uulgò ferebant, erat insignita, telæq. fasciola plagæ ad latus inflictæ applicata, quinque inibi impressas præ se ferebant, distribuebanturq. pietatis causa, nullo discrimine et Popularibus, et ad Principes quoq. uersus per Orbem, Regesq. hac fama incensos, ut Ancilla Cælitus delapsa mittebantur. Maximum enim hominum animis Religionis imperium est, ac de cuiusq. fide, et Sanctitate non oculatis modo; sed et auritis testibus facilè credimus. Quid uerbis opus est? Albertus Cardinalis Austriacus Lusitaniæ Prorex soleti consilio sua omnia regere solitus, hanc ut oraculum adire: huic æquè ac sibi credere: arcana omnia committere: ab huius consilijs, nutibusq. pendere. Quid? instructa iam Catholica Classis in Angliam uela factura, non prius se Ponto credidit, quàm Imperatoris Iussu ante Annunciatæ Virginis Do-

rum militari ordine explicata, ab ea fausto crucis auspicio benedicta, in Altum soluere iuberetur. Nec est cur quisquam hunc Lusitanos suapte ingenio in religionem propensos leuitatis arguat: Præterquam quòd enim credulitas error magis, quàm culpa est, quæ in optimi cuiusq. mentem, præsertim sub initia facilè irrepit, et in ijs, quæ fama constant, satiùs est decipi quàm diffidere: quis adeo incredulus rei haud incertis rumoribus, obscurisq. vulgi vocibus uariè agitatæ; sed constantissimæ famæ, firmis Monialium attestationibus, publico Populi applausu, valetudinariorum concursu iteratis Concionatorum preconijs corroboratæ, fidem abnueret, assensumq. obstinatè abrogaret? Quodq. omnem ex animis dubitationem eximere, ac fidem meridiano Sole clariorem facere uidebatur, luculentissimum, fideq. dignissimum Viri ad exemplum omnium virtutum nati, quiq. non magis de virtute aliena loqueretur, quàm ipse cum virtute uiueret, Ludouici

ei Granatensis testimonium accedebat, qui rem
penitus compertam, diligentissimoque examine
exploratam passo publicus inuulgabat, scriptisque
accuratis ad Reges, Imperatorem, Pontificem lit-
teris, coelestem potius, quam humanam Sanctæ
huius Monialis vitam, gestaque miraculo prodigio-
sa in Cœlum tollebat. Frequens illi ea de re cum
suo Amanuensi sermo erat: ac tantum non quo-
tidie eundem ad eandem salutandam mittebat;
nec quidquam ei gratius accidere poterat, quam
quod suum hunc alumnum quotidie magis Reli-
gionis Dominicanæ amore Monialis huius hor-
tatu flagrare cerneret, qui ut erat piè curioso-
lus, agere assiduis, enixisque precibus cum Magistro
cœpit, ut quo primum die ad excipiendam Mo-
nialis confessionem sese conferrent, eam San-
ctæ obedientiæ iure obstringeret ut alteram
saltem plagarum sibi ostendere ne grauaretur.
Illuxit optata Adolescenti dies. It cum Discipu-
lo Magister, voti compotem facturus. Rogat San-

crimonialem, ne voti, speiq. irritum abire eum patiatur. Illa pudore suffusa præcise denegat: donec urgente Confessarij imperio expugnata, remoto sudariolo, quo sinistram tegebat, uulnus: imò solis iubar: imò cœlestem thesaurum aperire uisa est. Quid quæris? magno emit temerariam curiositatem Adolescens; tanta enim maiestate oppressus, subitoq. fulgore perstrictus, frigido pallore suffusus, linquente animo, semianimis casurus præsentis Magistri dextera exceptus, suffultus, et ab urgenti stupiditate reuocatus ad pristinam valetudinem est.

Interea uarijs affecti morbis constanti fama exciti, huc undiq. è vicinis, remotisq. vrbis, Orbisq. partibus certatim confluere. Non senes effœtæ vires: non Pueros viarum imperitia: non montium asperitas mulieres: non claudos errorum debilitas: non cæcos lubricum, atq. intutum iter morabatur. Innixa fidei baculo senectus: oculis, pedibus, membris capti, ac mutili, a fide lucem, a fide robur,

a fide

a fide spiritus animos, valentesq. vires mutua-
bantur. O delusa, falsaq. ægrotantium turba quò
ruis? O cæci a Cimmarijs tenebris lucem petitis?
Præstigiæ ista non miracula sunt. Deludit, et fu-
cum facit mulier præstigiatrix. Lupa ouinam
induta pellem histrionicam agit. Hypocrisis sa-
crtitatis personam simulat, et in fraudem incautos
allicit. Et tum, o immensum Diuinæ Sapientiæ
pelagus! o inaccessi, et imperscrutabiles abyssi!
Sanabantur multi, aut certe sanati esse uideban-
tur. O inexhaustum Diuinæ liberalitatis æra-
rium! O magnum fidei Xpianæ meritum! quid
ni? minimum granum sinapis haud excedit Chri-
stiana fides: et tantum tamen pollet, ut transferre
immensos montes, siccare alta maria nullo ne-
gotio possit. Sic ipsa testatur, quæ nec falli, nec
fallere potest ueritas.

Amanuensis ipse, maturato iam de mutando vitæ ge-
nere, mundoq. uale dicendo, consilio explorare su-
per ea re Sanctimonialis oraculum uoluit. Po-

rrerne

rectæ voluntatis eius holocaustum Deo gratum
futurus ne esset eidem Religioni professus: et in
eadem ad extremum usq. uitæ diem perseueratu-
rus: Sergiuersari fatidica, seq. futuram ignaram
et inconsciam dicere. Quin tu, inquit, à Magistro
tuo certius præsagiente petis? Att in Amanuen-
sis sui gratiam in meritum S.mæ obedientiæ impe-
rante Confessario, respondit: Voluntariam propriæ
voluntatis abnegationem, solemni præsertim uo-
to confirmatam per susceptionem habitus Ordinis
Dominicani Deo, et S.mæ eius Matri futurum haud
dubiè gratum, ratumq. holocaustum: sperareq.
se Puerum Damianum maximos progressus in ea
facturum: neq. ab ea toto uitæ curriculo recessu-
rum. Enimuerò re cognita Granatensis de indu-
cendo in Ordinem alumno sæpè cœpit in poste-
rum, ac seriò cogitare.

Mittitur Puer Damianus Valentiam, ubi suscipit habitum Prædicatorum. Cap. II.

Quæ quidem cum se se haberent, Valentiæ nobilissimæ Hispaniæ Vrbis non multos ante annos in Domino obdormierat Vir Sanctitate illustris Fr. Ludouicus Bertrandus Ordinis Prædicatorum, qui utrumq. Orbem lustrauerat, illustrauerat q. ueræ Sanctitatis fama, ac prodigiosis miraculis, in quibus illud celeberrimum recensetur, quod Indico sub Cælo contigit, ubi dum quidam Sicarius in illum bombardam explodit, bombarda in explosione ipsa (mirabile dictu) in Crucifixum conuersa id pauoris incussit Sicario, ut humilis ex temerario factus, ad Sancti pedes procumbens, facti ueniam peteret. Huius summam per litteras beneuolentiam conciliauerat P. Granatensis, frequensq. cum suo Amanuensi de eo sermo erat. Cum igitur adoleuisset Puer, daretur q. iam per ætatem Prædicatorio Ordini se adscribere, ma-

gistrum

gistrum consuluit, ut ubi educandus foret sibi ape=
riret. Nec erant ingrata Vlysippomensia tyroci=
nia, nec tyroni ipsi Vlysippomenses ignoti; sed quo=
niam tunc temporis Regnum illud Lusitaniæ
summoperè perturbatum erat propter nouam
Castellanorum administrationem, huic popu=
lo non mediocriter exosam, cui præcipui illius
Conuentus viri sese opposuerant cum alijs ple=
risq. aliarum familiarum religiosis. Quapropº
ter nonnulli ex turri S. Joannis in mare præci=
pites submersi fuerunt, alijq. in Castellam et
Bethicam relegati. Nemo autem ignorabat ad=
mirabilem tyronum educationem Valentini Con=
uentus, quam B. Ludouicus Bertrandus, dum
ibidem eorum Magister existeret, instituerat,
atq. adhuc in viridi obseruantia custodiebatur.
Suo igitur Amanuensi persuasit P. Granaten=
sis: ut educationis gratia se ad prædictum Con=
uentum conferret: namq. ibi melius et litte=
ris informaretur, et moribus; et a Patrio dis=

situm

situm Cœlo suorum caperet oblivio. erat tunc Ulyssipone suam lustraturus Ordinem, et præsertim visurus præfatam Sanctimonialem P. Sixtus de Fabrolucensi generalis Ordinis magister: quæ visitatio in causa fuit, ut postea rediens Romam a Sixto Pontifice V. huius nominis de suo absolutus fuerit munere. Cum generali ergo Magistro P. Granatensis rem totam ad Amanuensem suum spectantem pertractavit, ab illoq. obtinuit: ut illum ad Religionis habitum in Valentino acciperet. Quare ad iter necessaria paratis, sumptisq. utriusq. litteris, R.mi nimirum Generalis, et P. Granatensis iuvenis Damianus suæ vale dixit Patriæ, Sanctissimæq. Deiparæ opem implorans, quam itineris ducem elegerat, in navim conscendit, traiecitq. Tagum quà Oceanum subit, viginti quinque millibus passuum extensum, atq. ad Oppidum Aldea Gallega nomine appulit. ex quo postea equo vectus Matrytum venit ad centesimum

tesimum lapidem distantem: atq; inde quinto die quibusdam Valentinis iuuenibus comitatus, Valentiam peruenit, statimq; se Prædicatorum Conuentus Moderatori exhibuisset, nisi qui eum comitati fuerant hospitem domi detinuissent, suasissentq; satius esse, ante quàm tam arctæ se committeret disciplinæ Vrbem lustrare, illiusq; delicijs aliquot diebus frui. Vrbs autem Valentia cæteris Hispaniæ Vrbibus non tam Cæli felicitate, quàm situs amœnitate præstat. Mille passus distat a mediterraneo, amœnissimis circumscripta hortis perpetuè uirentibus, florentibusq; tenui fluuiolo interfluente, uarijsq; aquarum ductibus irrigata, ea præsertim aeris temperie fruitur, ut æstiuo tempore suauis ab Oceano Zephirus aborta usq; ad occasum Solis gratissimus spiret, nec bruma uigente necessarius sit ignis. Nulli inuidet Vrbi, cum nihil desideret felicitatis, nihil uenustatis. Accolæ optimo ingenio, et pietate excellunt: fœminæq; cæteras Hispa-

nia

niæ pulchritudine, et gratia longè superent. Cùm ergo in tot delicijs uersaretur Puer Damianus, Sirenarum illarum cantibus irretitus, nihil minùs cogitabat, quàm Cœnobij Prædicatorum Moderatori se exhibere: nàm quò magis morabatur, eò magis morandi crescebat uoluntas, ulteriusq. stetisset, nisi pecuniæ defectu coactus adijsset mercatoris cuiusdam Domum, ijs Valentinis Iuuenibus comitatus, cui litteras id tenoris reddidit, ut si quid necessarium foret, daret, duceretq. ad Prædicatorum familiam. Quibus lectis, societatemq. Iuuenum illorum impedimento esse intelligens, flagitauit: ut domi permaneret, suosq. comites dimitteret; quod datum est. Postera autem die ad Prædicatoriam familiam adduxit, eiusq. Moderatori exhibuit, reddiditq. a Generali Ordinis Magistro, et a P. Franciscensi litteras: quibus lectis, iussit omnia parari, quæ forent necessaria, ut postera die habitu Ordinis indueretur. Interim Magistro Tyronum fratri Petro Sambau

bali dicto tradidit, ut ad lustrandas Dominicanas
ædes duceret. In atrium Templi primò introdu-
ctus est, et ad dexteram atrij qua ad templum pa-
tet ingressus, cernitur Sacellum illud, quod Cala-
briæ Rex, dum Proregis illius Regni munere
fungeretur, detentus ibidem, ne in Calabriam
rediret, maximis, regijsq. sumptibus erexit (prop-
terea Regium Sacellum nuncupatum) pretio-
sissimisq. tàm sericis, quàm auro elaboratis uesti-
bus, insignisq. supellectili ornauit, ac magnis dota-
uit redditibus. Vbi non sine Peritorum admiratio-
ne conspiciuntur binæ coclea marmoreæ tàm
mirabili arte constructæ, ut unius tantummo-
do locum occupent. Et cum insuper bonorum hæ-
redem instituere uellet eandem Dominicanã
familiam: hæc testamenti magni sui Institu-
toris non immemor, respuit hæreditatem. quã-
re ad monacos Diui Hieronymi conuersus, hære-
des instituit, amplissimasq. construxit ædes, quæ
propterea S. Michael Regum dictæ. e con-

spectu

spectu prædictæ Cappellæ est et altera, sin minùs eiusdem magnificentiæ, certè non infimæ condi: tionis, a nobilitate Valentina erecta, Beatæq. Virgini Solitudinis dicatæ. Inde in templum processit, quod quo antiquius, eò maiorem redolet maiestatem, et deuotionem, in cuius extre- mitate extant binæ arcæ marmoreæ apprimè elaboratæ: altera a dextris, a sinistris altera; in quibus quiescunt corpora duorum illius Monasterij Luminarium, SS. nimirum Ludouici Bertrandi, et B. Joannis Miconis, ante quæ plures argenteæ lampades ardent, innumeræq. tabellæ, ac vota circum pendent. Hinc ductus ad Chorum, qui quò antiquior, eò magis urget animum ad religionem, cum adhuc extent eædemmet sedes uetustate consumptæ, quas ij Diui, qui in eo Monasterio ad habitum recep: ti fuerant, obtinuerunt, pluribus functi mune: ribus, Tyronis scilicet primum, Professi deinde ac Sacerdotis, Moderatorisq., ut putà Sancti Vin-

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

centius Ferrerius, Ludouicus Bertrandus, Michael de Fabra, Joannes Micon, alijq; quæ propterea ædes in sancta sunt ueneratione apud omnes, ut earum Custodia ut Sancta asseruentur. Hinc ad claustrum Monachorum introductus, uarijs ornatum sacellis, ad quæ Seculares ad loquendum introducuntur, ne claustri silentium monaci frangere cogantur. vndequaq; prealtis malis citreis ornatum est, quæ cum forte tunc florerent, plurimum effundebant odoris, nec Fonseca Arabiæ inuidebat. Inde itur ad uastum dormitorium, tribus cellarum ordinibus distinctum, inferiori nimirum, medio, et superiori. Primus hortulo, medius salubritate aeris, tertius oceani, ac Agrorum prospectu gaudet. Interiorum in limine ipso dormitorij cernitur illud idem cubiculum, quod olim habitauerat S. Vincentius Ferrerius, et idemmet Altariolum S.mæ Trinitati, Beatæq; Virgini dicatum, ante quod orabat, et quibuscum (ut ex antiquis-

sima

sima traditione habetur, familiariter loquebatur ad cuius dexteram conspicitur cellula, quam per plures annos habitauerat S. Ludouicus Bertrandus egregie quoq. ornata, cui in opposito est illa Venerabilis Patris Dominici de Anadon, uulgo Sanctus Hostiarius dictus, qui sancte uixit, gloriosoq. obijt. Vlterius procedentib. Tyronum domus fit obuiam, quam ingressus P. Damianus, animaduertit murum, pauimentumq. multo sanguine conspersum, quod non nihil fecit admirationis, rogauitq. Tyronum Magistrum, ut causam aperiret: cui ille Supercit tempus de istis loquendi: tuum modo cubiculum iubeamus, ut instructus crastina die Ordinis habitum suscipias. Paruit ille dictis, dimisitq. ducem.

Postera die summo cum plausu Patrum omnium illius monasterij Praedicatorum habitu induitur P. Fonseca, educandusq. traditur egregio Patri Petro Lambao, qui et ipse sub Sancto Viro Lu-

douico

dovico Bertrando posuerat tyrocinia. Novem an-
nos sub eo meruit (retinentur enim in Hispania
post probationem in Novitiatu quousq. Sacerdota-
lem attingant dignitatem) qua toto suæ vitæ
decursu feliciorem vitam nunquam egerat. Ty-
rones etenim nihil habent otij a negocijs, san-
ctisq. distinentur exercitijs, ita ut vix sex ad
somnum, una ad relaxandum animum hora
supersit. Parcè vescuntur, et si quid cibi su-
perest dant mendicantibus: darent autem to-
tum, si liceret per Præceptorem. Eorum mode-
stiam in templo, ac totius corporis compositio-
nem ad instar statuæ marmoreæ contempla-
tus aliquando Philippus Hispaniæ Rex hu-
ius nominis secundus, in hæc verba prorupit.
Summoperè miror, quod neq. caloris molestia,
neq. muscarum importunitas, aut morsus pu-
licis hos Tyrones cogat summam illam mode-
stiam deponere. Per biennium templum co-
lunt, ac omnibus divinis incersunt, et famu-

lantur

lantur. Post id temporis Fr. Damianus et Logica, et Philosophica Studia coluit. Tantam in arguendo aciem præbuit, ut aliquando Lectorem ad angustias duceret, ac omnes Patres in summam raperet admirationem, ad invicem se interrogantes: qualis putas Puer iste euadat? Quapropter plerig. eorum Provincialem rogarunt, ut illum mitteret ad Dertusense Collegium, ubi cum tunc litterarum Studia florerent, hisce se totum emanciparet. Alij autem eidem Provinciali suaserunt, ne eum ab illo observantissimo Valentino tyrocinio amoveret posset enim fieri, ut illis Sanctis exercitijs, et Spiritualibus magistris destitutus distraheretur, et a Scientia inflatus internum animi decorem amitteret, satiusq. esse illi communicare eadem privilegia Valentiæ, quibus gaudent Collegij Dertusensis Alumni. Quamobrem id otij nactus, se totum Artium, Theologiæq. Studijs integro septennio mancipavit.

Soror Maria de Visitatione punitura S.^ma Inquisitionis Officio, & P. M. Granatensis obdormit in D.no Cap. III.

Dilecti filij sui Damiani, quem Deo pepererat, licèt absentis minimè oblitus P. Granatensis crebris suis litteris, aureo caractere impingendis illum non modo solari; sed stimulare ad uitæ spiritualem perfectionem, illud sæpè in memoriam reuocando In uia Dei non progredi est regredi. Quando, heu! infaustus, et inexpectatus Nuncius ab illius socio P. Francisco Oliueira superuenit mortis P. Granatensis sibi propinatæ a ficta sanctitate, ueraq. hypocrisi Sororis Mariæ de Visitatione: subdens, quod post quàm d.a Sanctimonialis Vrbem, et Orbem fama prodigiosæ suæ sanctitatis impleuerat, operaq. mirabilia patrarat, atq. Domum suam ex nobilioribus Lusitaniæ Virginibus uocauerat, quæ illius societatis ergo sæculo contempto, nuptijsq. spretis se se Deo deuo-

uerant

uerant, propriæ oblitas condicionis rei polyticæ se
se immiscere uoluerat, palàm affirmans Lusitaniæ
Regnum non ad Philippum Hispaniæ Regem, sed
ad Brigantiæ Duces, Dominamq. Catherinam spe-
ctare, Deumq. seuerè puniturum Hispaniæ Re-
gem, et Castellanos, nisi Regnum Lusitanis ipsis
restituerent. Cumq. uerba huius Sanctimonialis
pro Diuinis oraculis haberentur, cœpit Lusitaniæ
Regnum ad similes commotiones non mediocriter pro-
cliue commoueri. Quæ cum ad aures Philippi ij.
Regis Hispaniarum peruenissent, dixisse fertur:
Non est uera Sanctitas huius Monialis, quæ popu-
lum commouet, èt rebus polyticis se se intrudit.
Quare Pontificem exorauit, ut peculiarem Visita-
torem Vlysipponem mitteret, qui de uita, moribus
Sanctitate, uulgatis miraculis, raptibus, mirabili-
busq. extesibus, plagis, ac Diuinis apparitionibus,
quæ circumferebantur: tum denique de fulgentissi-
mis splendoribus, qui cum in suo Oratorio clausa
oraret, uisebantur, sedulò perquireret. Accemit Vi-

sitator, inquisiuit, testes interrogauit. Cumq. de pla=
gis curandis sollicitus esset, adhibito quodam Saponis
muscati genere, intra breue tempus ad pristinam
sanitatem redactæ, deletæ fuerunt, coactaq. fuit
fateri: illas non non a Deo, seu Seraphim, sed a
se ipsa sibi impressas fuisse, sanctitatis famam
affectante, ut sic melius posset Lusitaniæ Re=
gnum ipsis Lusitanis restituere: hunc q. fuisse suæ
sanctitatis scopum. Quod uero spectat ad uitæ
probitatem, ac morum integritatem, inuenta est
ab ineunte ætate innocens, ac irreprehensibilis: neq.
aliter poterat apud suasmet Sorores tam heroicæ
sanctitatis nomen sibi comparasse. Interrogata
de miraculis, quæ fiseus contendebat per Dæmo=
num inuocationem fuisse patrata, cum a Deo fa=
cta esse nequirent, in confirmationem nimirum
falsitatis, et hypocrisis; respondit: se quidem igno=
rare quæ uulgò circumferebantur, et si forte
essent non sibi, neq. Dæmoni tribuenda, quem
nunquam uiderat, nunquam norat, aut cum eo

pactum

pactum inierat; sed heroicæ potiùs fidei, qua ple-
riq. ad illam tanquàm ad ueram Dei famulam,
quanquàm ipsa peccatrix esset, accedebant: pro-
priumq. Dei effectum esse similia, ac maiora
operari: sufficere enim fidem non excedentem ma-
gnitudinem grani Sinapis ad prodigiosiora pa-
tranda, ut superius diximus. Interrogata cu-
sis de apparitionibus diuinis, ac Angelicis, ur-
gente Fisco: illas neq. diuinas, neq. Angelicas; sed
potiùs Dæmonum fuisse illusiones. Aiebat: se nul-
las similes habuisse uisiones; finxisse tamen il-
las, artificioseq. suo Patri Spirituali M.ro Gra-
natensi, et Sorori Magdalenæ a Cruce participas-
se, ut sic per Vrbem, et per totum Orbem dissemi-
narentur. Erat autem hæc Magdalena Soror Ter-
tiaria Seraphici Ordinis et ipsa quoq. ut Sancta
a Ciuitate colebatur, ferebaturq. crucem quanda
in sua propria carne supra cor impressam ha-
buisse, cui cera applicata crucem ipsam exprime-
bat, quasecruces non minori cultu, ac reueren-

tia

tia populus prosequebatur, quàm quinque plagas Sororis Mariæ, cum altera alterius Sanctitatem commendaret (quippè quæ sibi ad inuicem lenocinabantur) et Magdalena primarias quotidie Urbis Matronas adiens, visiones, ac reuelationes Sororis Mariæ referebat: quæ quidem ab eodem Visitatore inquisita, examinata, ac de simili hypocrisi conuicta, virgis cæsa fuit. Raptus quoq;, et eleuationes in aerem Sororis Mariæ (de quibus Moniales eiusdem Monasterij plenum reddebant testimonium) idem fiscus Dæmoni dabat. Purgabat se Sanctimonialis, affirmando ~~raptus~~ eleuationes quidem huiusmodi opera cuiusdam rotæ ex industria a Sorore Magdalena iussæ fabricari, et ab eademmet Sorore Maria clàm sinistra manu celeriter motæ, ~~tribuendas~~. Quid autem de diuinis splendoribus subijciebat fiscus? Satisfaciebat Rea: splendores ~~efformasse~~ emanasse a sericis diuersicoloribus, absconditis luminibus percussis, eaq; arte dispositis, ut monialibus, quæ per rimulas, et foramina ostij illam

intuspiciebant

introspiciebant, cælestes ac diuini omninò iudicarentur.

His ex propria confessione acceptis, habita fragilis sexus ratione, bonæq. ac exemplaris eiusdem Monialis vitæ certitudine delictum minuente, cum esset clarissimo loco nata, educta è monasterio, et ad Cathedrale templum adducta facem manu tenens abiurata est, ueloq. priuata. Tandem salutari poena imposita, ad aliud monasterium relegata est intra quatuor parietes claudenda, ibiquoad uixerit permansura. Vbi fucatæ suæ sanctitatis pœnitens piè, ac religiosè usq. ad extremum diem uixisse fertur. quod non creditu difficile est; nam ut sanctè uiueret nihil ei erat mutandum præter intentionem, et quæ prius propter inanem gloriã effecerat, ad Cælites dirigeret. Sed ad nostrum P. Granatensem reuertamur (qui, ut ex eius scriptis liquidò constare potest, spiritualis vitæ magister, et bonorum a malis spiritibus discretor meritò nuncupari potuit) uidens se ab hypocrita, et uana

na muliere sub sanctitatis praetextu delusum quam ut Sanctam apud summos Praesules, ac Principes commendarat, ut sese, Ordinemq. Dominicanam excusaret, libellum in lucem edidit, contendens mirum non esse, si illa familia, quae tot felicissimos partos Deo pepererat talem abortum fecisset cum vel inter ipsos Xpi Discipulos eius lacte, ac doctrina nutritos proditor Judas extiterit, et in omnibus Communitatibus viri nequam bonis permixti sint, quemadmodum Zizania inter grana tritici: Ecclesiamq. ipsam sic formosam appellari nigram, impiorum uitijs denigratam, comparariq. sagenae missae in mare, ex omni genere piscium congreganti, et decem Virginibus, quarum quinque erant fatuae: multosq. esse uocatos, paucos uero electos, ad instar pretiosorum lapidum, quorum paruus est numerus, vilium uerò infinitus: addens sibi parcendum, si leuis corde citò crediderit: nihil enim facilius, quotidianaq. experientia comprobatum, quàm virum probum decipere

cipere

cipere: non enim in animum suum inducere poterat quædam flagitiorum genera a se non modo alienis-sima, sed creditu difficillima: quemadmodum ex opposito qui fur est, omnes esse tales opinatur. Hæc, et alia huiusce modi Venerabilis Pater in sui ac Dominicani Ordinis defensionem in medium proferebat: nihilominus rem cum suis omnibus circunstantijs alta mente perscrutans, propriæ existimationis stimulis effossus, ac mœrore tabe-scens, in lethalem incidit morbum quod in dies ingravescente, accedente senili ætate nullo curatum remedio est. Publicæ Supplicationes indictæ: Cœlum pro tanti Viri valetudine fatigatum est. Nihil profuerunt pharmaca, nihil preces valuerunt. Quid? Placuit Cœlitibus praestantissimum Virum, quem forte nobis invidebant, ad se trahere, laborum præmio fruiturum. Susceptis igitur devotissimè Ecclesiæ Sacramentis diem clausit extremum, unico levamine P. Damiano relicto, quod pollicitus fuerat se æternum in Cœlesti Aula eius fore Patronum, atq. Advocatum.

Fratrem suum Simonem de Resurrectione ad Dominicanum Ordinem uocat, qui euadit insignis Doctor, & Concionator. Cap. III.

Summo inter alios amore prosequebatur frater Damianus alterum ex fratribus, Simonem nomine, natu minorem, cui cognomen de Resurrectione, quod in eius peruigiliam ad uitales auras exiuit, eumq. ante susceptionem Dominicani habitus, grammatices, et Xpianæ fidei elementa docuerat. Quapropter accepto, quod idem Simon ijs omnibus uale dixerat, quæ animæ ornatui sunt, uehementer a matre contendit, ut eum ad se Valentiam mitteret, eas lustrandi oras prætextu: animo tamen deliberato illum ducendi ad matrem suam Dominicanam: quod obtinuit. Eo peruentum statim ijs insinuauit iuuenibus, qui pietate, ac religione præstabant, a quorum consuetudine, et religiosa modestia allectus, facilè suaderi potuit, ut

Dominicanæ

Dominicanæ militiæ describeres. Sic igitur fratri Damiano obsecutus, a P. M. Ludouico Ystella, qui deinde et Vicarius Ordinis, et Sacri Palatij Magister extitit, habitu Dominicano indutus, et post annum probatus est, Hiacynthusq. nuncupatus. Superauit expectationem, quam de se fecerat apud omnes Patres: licet enim (quod diu à gymnasio fuerat alienus) nullum Grammaticæ præceptum retinuisset: tanta tamen ingenij acie pollebat, ut omnia ~~ad~~ tyrocinium necessaria, breui commiserit memoriæ, et post probationem tàm perfectè Grammaticam, Rhetoricamq. calluerit, ut ueluti optimo inter omnes et faciendæ, et habendæ publicè orationes essent. Ab humanioribus litteris ad Logicam, deinde ad Philosophiam se contulit, in quibus scientijs summopere instructus ad Dertusense Collegium missus est, ubi Theologiam coluit, ac deinde Artium Magister electus, probè se gessit. inde ad Tarraconense Prouinciale Capitulum missus, publicas theses sustinuit cum summo omnium plausu.

Quapropter Theologiæ Lector datus est Lucentino Conventui, sic dicto ob miram illius electionem. tempore enim, quo Catholici ex ea Regione Mahometanos propulsabant, accidit; ut dum in eodem Monte Lucentino Sacerdos sacra faceret, et quinque formas consecrasset, daturus Imperatori, et quatuor alijs copiarum Ducibus, hostes in nostros impetum fecerant. Quare necesse fuit, nulla interposita mora, Sacerdote relicto, arma capere, hostiq. obviam ire. Sacerdos autem peiora timens, formas illas Corporali involutas intra saxa abscondit. Interea nostri victores in Castra reversi, et Duces ij formas requirentes, eas in frusta carnis conversas et Corporale totum sanguine perfusum invenerunt. Cum autem unusquisq. ad se spectare illas contenderet, et propterea exercitus in partes divisus esset, convenerunt tandem, ut super equo imponerentur, nemine duce, sineretur abire qua mallet, et ubicunq. stetisset illius fore loci. qui aliquot dies progressus pervenit ad Urbem Daroca, ubi substitit, ibi

quoq.

quoq. magnificentissimo templo erecto repositæ fue-
runt eæ formæ, quæ usq. in hodiernam diem asser-
vatæ quotannis populo exhibentur. In memoriam
ergo huius prodigij eæ ædes Dominicanæ constructæ
sunt, ubi per plures annos P. Hiacynthus Theologiam
ex quo premium Lectoribus destinatum, Baccalau-
reatum nempè, deinde tertium supra trigesimum
annum agens Magisterium obtinuit. Licet autem
esset insignis Theologus: insignior tamen fuit Concio-
nator, cum præter facundiam lepos accederet non
vulgaris. nihil præterea in eo desiderasses, quod exi-
mij esset Concionatoris. et dum aliquando adhuc iuve-
nis ad aliquem vicum ubi alicuius Divi festum cele-
braretur, animi gratia se conferret, sæpè roganti-
bus amicis, ac materiem suppeditantibus concionan-
dum erat: qui ita ex abrupto disserebat, ac si plures
dies in Concionis studio impendisset. fama tanti Con-
cionatoris ad finitimas Urbes pervasit, quæ certa-
tim eum accersibant, et singulæ Concionatorem habe-
re contendebant.

Accidit autem anno a Natali Xp̄i die 1603. idibus septembris in quodam Oppido Vallis de Albaida a Moriscis habitato, quod uocant Castellion del Duque in Regno Valentiæ, cum fermè omnes loci incolæ hora matutina in forum conuenissent, et de quodam euentu altercarentur, ut alter eorum dixerit: A malo turbine rapiar, si falsa loquor: eademq. die uespertina hora, cum Cælum esset serenum, nec uestigium aliquod turbati temporis appareret, iterumq. Morisci ad idem forum conuenissent: repente; sed sensim nigra nubecula in aerem eleuari coepit, quæ breui tempore in spississimam, ac densissimam caliginem ad instar cuiusdam manicæ se protendens, turbinem latitudinis trium cubitorum efformauit, tanto impetu agitatum, ut quà peruansibat, cuncta deuastaret, et non minus septingentas altissimas arbores radicitus auelleret, domosq. integras ex uno in alium locum transportaret, ingentesq. trabes aliarum domuum quasi sagittas longissimè propelleret, quarum alteram post longum

spacium

spacium quatuor palmos subtus terram infixit tam uastæ magnitudinis, ut uix a quatuor Bobus trans= ueli posset. Sed inter cætera, quod prodigiosum fuit, eum, qui sibi hoc imprecatus fuerat in conspectu om= nium arripiens, sublimem adeo extulit, ut punctum uideretur, nec paulò post in terram cecidit. accurre= runt cuncti, mortuumq. inuenerunt, erutis oculis calceisq. uelut rasorio cultro scisis, ueste tamen integra. Illud inter cætera obseruatum, quod funi= culus lineus subuculæ solutus integer erat, pariterq. thoracis ..... soluti, atq. integri uidebantur. Turbo iàm ulterius irrumpens mulierem Moriscam coram omnibus corripuit; et licet locum daret alijs, qui eam detinerent nunquam tamen turbini eripe= re potuerunt; imò et ipsi a turbine rapiebantur, donec illa a gloriosa Virgine (tali ab ipsis quoque Mauritanis agnita) opem imploraret, quæ conti= nuò præstò fuit, eamq. ab imminenti periculo libera= uit. Videntes hæc portenta cæteri Moriscii, et ti= mentes, ne sibi idem contingeret plus quinquagin=

ta

ta ad inuicem brachia deuinxerunt. Turbo ex impro-
uiso iterum erumpens, eos tulit, aliosq. qui primis
opem laturi accurrerant, ac alius aliò delatus est.
Mirabilius uerò fuit, quòd dum postea exanimes in
terram deciderent, alijs laceratæ uestes ueluti per
uim, scisa calceamenta, alijs eruti oculi, seu ton-
si capilli, nonnullis manus abscisæ, aliaq. huiusmo-
di portenta conspiciebantur, quæ non nisi Dæmonū
arte fieri poterant. atq. hæc contigisse ipse loci Præ-
fectus testatus est, addens se in medio turbine diuer-
sa Monstra proprijs oculis clarè conspexisse.
Hanc nactus occasionem P. Hiacynthus tanto cū
ardore in populi errores, ac uitia inuectus est, quæ
Diuinam excitabant iram, ut uniuersus populus
pœnitentia ductus ex imo suspiria, et lacrimas
effunderet, publicis precibus institutis, in quibus
Virgines tristes capillis passis, nudisq. pedibus: alij
uincula ad collum gerentes, omnesq. simul plo-
rantes Cælitum opem implorabant, Deumq. enix-
è precabantur, ut ab ira desisteret.

Præter

Præter præfatas animi dotes aliæ quoque à Deo datæ P. Hiacyntho, mira nimirum in pertractandis negocijs dexteritas, mira in perficiendis felicitas. Quamobrem Dux de Feria, qui tunc temporis Valentiæ Proregis munere fungebatur, cum non minus ardua, quàm grauia cum Hispaniæ Rege pertractaturus esset negocia, non alio medio uti uoluit, quàm P. Hiacyntho. Quare data à maioribus uenia, missus est ad Regem Catholicum, et in ijs omnibus, quæ a Principe illo imperata sunt, non modò egregiè se gessit, ac breui ad finem perduxit: uerùm etiam summam beneuolentiam Ducis de Lerma primi Regis Consiliarij, aliorumq. Dynastarum sibi comparauit, ad quorum instantiam grauissimas habebat ad Populum conciones, ac singulis diebus suarum uirtutum famam opere illustrabat. et dum in summa omnium esset expectatione, de negocijs sibi commissis plùs nimio sollicitus, nulli per Caniculare tempus parcens labori, maligna febri correptus est; dein-

de omnibus Ecclesiæ Sacramentis deuotissimè su-
ceptis, in ipso ætatis flore, anno videlicet quarto
supra trigesimum vitam cum morte commuta-
uit. Præreptus sanè, ne malitia mutaret cor eius
et citò consumptus expleuit tempora multa.

Promouetur F. Damianus in Lectorem Philosophiæ, primamq; Missam Vlyssippone decantat. Cap. IV.

Appulerat tunc temporis Valentiam Fr. Hippolytus Becchariа de Monte Regali magister Ordinis Prædicatorum Valentinum Conuentum uisitaturus, instante electione Prouincialis Aragoniæ: cumq. vocales omnes sua suffragia R.mo Generali offerrent, in eum compromittentes noui Prouincialis electionem, ipse in Doctorem eximium Fr. Hieronymum del Nuzza nuncupatum oculos coniecit, quem illius Prouinciæ Superiorem creauit, virum ad maiora natum, quem et Episcopatus Balbastiensis, quem multos annos rexit, clarum reddidit; sed multò clariorem, famæq. immortalis benemeritum reddiderunt opera, et conciones, quas in lucem edidit, quibus omnium Sanctorum Patrum doctrinam, medullamq. extraxisse uisus est. Prouincialis itaq. electus, nominauit in suum Amanuense

Fratrem Damianum tunc Diaconum, cui libenter suæ sapientiæ thesauros impertiebatur ob nimiam benevolentiam, qua illum complectebatur. Cumq. novus Provincialis P. Generalem comitaretur, Collegium Orcelitanum visitaturum, iussit Fr. Damianum se assectari, atq. servitijs P. Generalis destinavit, ut illius gratiam compararet. nec a suo desiderio fraudatus est: siquidem ad illius domesticam, et familiarem consuetudinem admissus paucis diebus eum sibi taliter devinxit, ut intima sua secreta illi communicaret, et inter cætera, quod Romæ reliquerat potentissimum inimicum, Cardinalem nimiru Alexandrinum Pij V. Nepotem, Ordinisq. Dominicani Protectorem, qui de illius depressione serio cogitabat, nec unquam acquieturum, donec eum a Provincia deponeret, ut Prædecessorem suum Mrum Sixtum Fabriluccensem deposuerat; sed tamen dum Orcelitanum? istis timoribus continuò angeretur, ecce ab Urbe litteras accepit, quibus certior factus de inexpectato præd. Cardinalis obitu, hæc pronuncia-

cuit

uit: Nunc me sequuto Magistrum Dominicani Ordinis, supellectiliq. sua Alicantum a Fr̃e Damiano transportata, et ad Urbem transmissa, ipse quoq. ellorsum iter coepit, fratremq. Damianum ad disputandum in Comitijs generalibus Neapoli celebrandis invitauit. Mansit igitur tunc tempo: ris in medo. Collegio, Lector Philosophiæ a suo Prouinciali institutus; coepitq. suos discipulos in tyrocinijs Philosophiæ instruere, quousq. completo suæ ætatis anno quarto supra uigesimum; ab Episcopo Urbis illius Presbiteratus Ordine initiatus fuit, et tempore quo Collegij Alumni a studijs abesse solent, ac ad Domos Parentum, affinium, ac Amicorum diuertere, ipse quoq. in suã Patriam remeauit, ut Matrem adhuc superstitem solaretur, primumq. sacrum decantaret. Emenso itaq. toto Regno Murciano, Granatensi, ac Hispalensi, post mensem peruenit tandem ad Vicum quendam Vlyssipone proximum, a filijs Noe, Set, et Tubal ad Oceani littus, ut uul:

gio

pò circumfertur ædificatum, propterea'q; sit Subal nuncupatum: portum non ignobilem, optimis pi-scibus ita abundantem, ut ad litus acervi ad in-star montium asserventur, et ad diversas Lusita-niæ partes, exteraq; regna tàm recentes, quàm sale conditi deferantur. inter alia piscium genera capiuntur in maxima quantitate Triglie, a nu-mero trium librarum sic appellatæ, eò quod, L quæ ad hanc magnitudinem perveniant, inter pisces nobiles primatum teneant. Capiuntur quoq; pisces Spada nuncupati a gladiolo quodam, quo supra os armati a natura ipsa, ab alijs marinis monstris, præsertim à Cetibus (quæ in illo mari frequentes sunt) strenuè se defendunt, nec magnitudine, nec sapore Sturionibus inferiores. Ibi quoq; celebris Tu-nnarum fit expiscatio, et ad universas Orbis par-tes asportatur. præterea tanta Sardinarum copia abundat cum suina carne pinguedine contenden-tium, ut vilissimo pretio emantur. Cum igitur Fr. Damianus accepisset ibi quandam suam materte-

ram

ram, cuius domi Ulysiphone unà cum eius filijs
educatus fuerat, equo, et supellectili in diversorio
relictis, solus arundini innixus ad illius domum
divertit: ostium pulsat, et eleemozinam petit.
Prodijt adesso famula Fri Damiano bene cognita,
cui frustrum panis porrigit. Accipit illud Fr. Da-
mianus, osculatur, et more Castellano gratias agit
subditq. o mea Domina iam serò est, et ego ex
longo itinere non modice defessus: nec sunt pecu-
niæ, ut divertam ad Cauponam: quare rogo patia-
ris me hac nocte cum tuis famulis acquiescere, cra-
stina die bono mane Ulysiphonem petiturum. Al-
loquar meam Dominam, respondet famula. et mox
a Dña affert responsum non licere; rursus rogat
famulam, ut saltem ad Dominam introducat, unũ
verbum ei dicturum. Annuit illa, et ad primum
aspectum, et salutationem P. forsitan valde turba-
ta, inquit: unde venit P.V., et quorsum tendit?
et respondente illo se venire ex remotissimis
Aragoniæ partibus, ait illa: habeo et ego in il-

lis

lis oris duos Nepotes, qui etiam multos ab hinc annis a nobis discesserunt, et iam pridem audiuimus illos Dominicanæ familiæ se adscripsisse; sed tamen ignoramus, an superstites sint. Cumq. nomen, ætatem, et conditionem illorum descripsisset, iniunxit Fr. Damianus: optimè noui hos duos nepotes Vræ Dnãtionis, certoq. scio optimè ualere, imò illis arctissimo necessitudinis uinculo coniunctus sum. Dum hæc proferret: famula illa, quæ eum educauerat ad aures Dnæ mussans, ait: O bone Jesu quàm similis est Pater iste Damiano! aspice quæso oculos, supercilia, capillamentum, intuere faciem, et physonomiam, uide gesticulationes, audi loquelam! Quid moror? ipse est absq. dubio. Domina hærebat in ancipiti hinc famulæ assentiens ruere uolebat in amplexus. exinde errandi timor, et feminea uerecundia eum longè alium repræsentabant et nouennale tempus effigiem non mediocriter immutauerat: cumq. amor, et timor inter se pugnarent in hos erupit sonos: Quoisq. Dne animam nostra[m]

tollis

tollis! dic nobis palam: es tu frater Damianus?
Ille amplius dissimulare non potens, ego sum, inquit,
neque turberis Dña mea Francisca (ita vocabatur)
Ubi sunt mei Patrueles? continuo per totam domum Ru-
mor diffusus est, advenisse fr.em Damianum in-
columem. Ad hanc vocem omnes gratulabundi accur-
rerunt, Deoq. gratias agebant, quod eum sospitem
viderent. Mansit ibi fr. Damianus octo dies, quos
in spiritualibus colloquijs consumpserunt. Fusè nar-
rabat fr. Damianus Angelicam Religiosorum viro-
rum vitam, ac animi quietem, qua non mediocri
cum solatio, ac interno iubilo fruebantur, et tot
tantaq. super hac re cum efficacia disseruit, ut
filij, ac filiæ Dñæ Franciscæ se se à mundi curis
abdicare statuerint, seq. religiosæ quieti devove-
re, et se devoverunt intra exiguum temporis in-
tervallum. Mares namq. habitum Ordinis S. Mariæ
Mercedis susceperunt: fœminæ verè in celeberrimum
Monasterium de Olivelas nuncupatum se receppe-
runt, quod non longè Ulinizzone ~~non longe~~ distitum

Interim monita fuit Dna Anna d'Fonseca Parens de illius aduentu Settubal, et mox Vlysipponem se collaturi, ut primam missam celebraret. Quis uerbis exprimat lætitiam Dnæ Annæ? Dicant qui experti sunt. mihi dicere satis sit, quod diuturnioris moræ impatiens horas pro annis computabat. Tandem fr. Damianus in Vrbem ingressus (orbem potius dixerim) ad matrem recta diuertit, quam ut uidit ueneratbundus benedictionem postulauit: respondit illa, imò, mihi a V. R. benedicendum est; Absit tantus error, ait fr. Damianus ut mater a filio benedictione impertiatur. Absit tantus error illa quoq. ait; ut secularis sacerdotem benedictione impertiat. Apprehensam deniq. Parentis manum fr. Damianus obsistentem exosculatus est. Illa quoq. filij manibus uiolenter ori admotis nunquam satis exosculabatur. Ille demum debito cultu matrem prosecutus, ad nobilissimum sui Ordinis Monasterium se contulit, a suo Prælato benedictionem accepturus, quo exporrecta fronte exceptus est; inde ad suam cellam ductus de necessarijs ad nouum fa-

cium

crum celebrandum sollicitos esse coeperunt. Resti-
tutus fuerat tunc temporis suæ Provinciæ Portu-
galiæ celeberrimus Doctor, et Concionator Magr. Fr.
Paulus Ferrerius, qui in Bethicam relegatus fue-
rat, eò quod in favorem Antonij contra Philip-
pum ij. Hispaniæ Regem concionatus fuerat,
qui vi armorum Lusitaniam occupaverat: cumque
nimio dicendi ardore latus [enet] in Castellanos, suos ad
plorandum provocavit his verbis. Plorate Lusi-
tani plorate: amisistis, heu! vestrum Regnum,
vestraque insignia, quinque nimirum plagarum Xpti
(quæ Dei misericordiam ostendebant) quarum loco
Leonem quendam pro tessera obtinuistis,[a] quo vivi de-
voramini. quid ulterius superest? vestras deflete vi-
ces, vestra funera lacrimis prosequimini. Jam quod
erat pretiosius, ablatum est, libertas inquam, sine
qua aut vivere non possem, aut nollem. Jam servitu-
ti addicti estis, iam Castellanorum tyrannidi supposi-
ti. Poterunt oculi tantas calamitates intuentes se
continere, quin tandem erumpant in fletus? erum-

pant

pant tandem aliquando, quid expectant? num decu causa? plorate quidem, et indesinenter plorate eo semper plorandi occasionem sitis habituri. Hic igitur P. M. Ferrerius post obitum P. M. Granatensis Dnæ Annæ confessiones accipiebat: Quamobrem ei fr. Damianus summoperè caræ erat, et die, quo primam missam decantauit, celeberrimam habuit concionem ad populum, et multam nobilitatem, quæ confluxerat. Intererat quam sæpissimè nouus lector scholasticis disputationibus illius Monasterij, in quibus disserendo, et arguendo clarè ostendebat quantos fecisset progressus in scholis. Itaq. P. M. Ferrerius eum non una ratione hortatus est, ut in sua Patria maneret, ibi Artes lecturus, in pulcherrimo, atq. amœnissimo Monasterio de Pensica nuncupato. Iam efficaces fuerunt rationes: ut ad eo consensum extorserit dummodo ab Aragonensi suo Prouinciali id probaretur. Scribit igitur P. Damianus, et dum sui Prælati responsum expectaret, dulcibus colloquijs cum matre, fratibus, cæterisq. consanguineis

neis, ac amicis tempus terebat, dilectamq. curiam,
ubi puerilibus delicijs, piscationis, et uenationis animus
Puer relaxauerat, crebrò petens, ~~iterum~~ repuera-
scere uidebatur. Post aliquot dies optatæ à suo Pro-
uinciali litteræ redduntur quibus non modò non pro-
babat P. Damiani desiderium: quinimò in ipso lit-
terarum exordio mouebat: Aragoniæ Prouinciam
expers amplius non educaturam, & post educatio-
nem fructus collectura desereretur. in fine tamen
litterarum eum blanditijs demulcebat, et precaba-
tur, ut quamprimum temporali Matre relicta,
ad Spiritualem, quæ illum Xpo pepererat, reuer-
reretur: quod ut libentius præstaret, missis litte-
ris patentibus, eum Artium Lectorem deputauit
in nobilissimo totius Prouinciæ monasterio, Va-
lentino nimirum, quod P. Damianus, ut pote
propriam Domum unicè diligebat. Lectis litte-
ris, cœpit statim se colligere, paucisq. diebus
itineri accinctus, Matri fratribus, Sororibus,
alijsq. consanguineis ultimum uale dicens, Na-

uim

rem secundo ascendit Aldeam Vallegam petens, et post 15. dies continuat itineris, ad suum Monaste-
rium Valentinum laetus peruenit, vbi ab omni-
bus alumnis, et praecipuè à suis Discipulis, qui
erant optimae Indolis, et numero non pauci, tan-
quam Angelus è Caelo delapsus excipitur.

Perficit Valentiæ F. Damianus Philosophiæ cursum, & Neapolim petens ad Insulas Baleares appulit. Cap. V.

Bonis auibus, felicibusq. auspicijs incipit Fr. Damianus suos Discipulos Logicam docere tanta cum assiduitate, et diligentia, ut siuè priuatim discipulos instrueret, siuè publicè theses sustineret, omnibus maximam sui faceret expectationem. Scripta Logicalia, quæ illis dictauit tanti ab omnibus fiebant, ut non modo in uniuersa Aragonensi Prouincia: verùm etiam in alijs Hispaniæ partibus magno emerentur. et inter alios emerat quoque insignis quidam Philosophiæ Professor in Collegio S. Gregorij Vallisoletano: cumq. transacto aliquo temporis interuallo Fr. Damianus ad Regis Aulam, tunc Vallisoleti residentis, se contulisset: dictumq. Collegium utpotè in Dominicano Ordine celeberrimum lustraret, incidit fortè in Cellam eiusdem P. Lecto-

ris, qui ad legendum se præparans, transcribebat quædam manuscripta. et interrogatus de Autore respondit: insignis quidam vestræ Provinciæ Doctor cui cæteri Philosophiæ Professores concedere debent, nomine Damianus: altissimè enim, et supra omnes alios nostri temporis Logicales difficultates comprehendit: Superest ne Pater iste? cui respondit: ualet Dei gratia, nolensq. se manifestare incognitus discessit. Penetrato deinde Lector, quod illemet, quem allocutus fuerat, erat P. Damianus, singulis diebus eum adibat qui in contiguo Monasterio morabatur, omnia sua dubia, omnesq. difficultates aperiens, ut solueret. è Provincia Aragoniæ accersitus fuerat, à suo nimium Originali Monasterio a P. M. Ripoles Ordinis Vicario P. M. Torrentes, instituendus Regens Romani Monasterij S. Mariæ super Mineruam et cum pauca, sed pretiosiora scripta secum deferret, prædictam Logicam uti pretiosum monile alijs gemmis præferebat, quod post illius obitum hære-

ditauit

ditauit Author, et licet saepe ab amicis rogatus, ut praedictam Logicam in lucem daret: uarijs tamen negocijs, ac itineribus distentus, nunquam potuit. Contigit aliquando, ut dum Logicam suis Discipulis dictaret cum communi applausu, Philippus Hispaniae Rex huius nominis tertius, cum magno comitatu tam plurimorum Italiae Principum, quàm omnium fermè Hispaniae magnatum, cum Dna Margarita Austriaca nuptias celebraturus, prout fecit eo cum splendore, ac cultu, quem tantum Regem decebat; et inter alios Hispaniae Proceres adfuit Comes de Lemos cum D. Francisco de Castro eius nato, qui erat Adolescens, et uix nonum ultra decimum annum compleuerat, et Philosophiam colebat, et dum Praedicatorum Domum lustraret, ingressus est in gymnasium, ubi Fr. Damianus suis Discipulis Logicam dictabat. Substitit lectionem auditurus. hac absoluta tanti Domini praesentiam honore prosecuturus: iussit P. Fonseca duos ex perspicacioribus Discipulis in arenam descendere,

et de Logicalibus quæstionibus disputare: quod tam eleganter præstiterunt, ut ipse quoq. D.nus Franciscus grauatus non fuerit reassumere eadem argumenta, et disputationem prosequi. Litterario certamini fine imposito, maximas ei egit gratias Fr. Damianus, quem ducens per Monasterium omnia deuotionis loca ostendit. tandem cum essent ad ostium illius, ubi Fr. Dominicus de Anadon, Sanctus Hostiarius non sine maxima causa uocatus, plus quingentis Pauperibus concionabatur, prout efficere quotidie solebat, ante quàm eleemosinam ijs distribueret, hæc protulit verba. certè Vir iste Sanctus est: fieri enim aliter non posset, ut suis incongruis rationibus, rusticaq. loquela, nullo condita lepore me interius commoueret, et animum ad pietatem impelleret, nisi esset Sanctus. mox discessurum rogauit Fr. Damianus, ut die Dominico proximè consequenti cum suo magistro ne grauaretur publicis thesibus interesse, quas in illius honorem sustinere decreuerat. Ambo accesserunt,

et

et strenuè disputarunt: deinde eos in suam Cellam duxit, refecitq. perfectissimis bellaribus, quorum multam beneuolentiam per breue illud spaciolum conciliauit. Adoleuit paulatim consuetudine necessitudo, et adulta eò uenit magnitudinis, ut anima Dni Francisci cum anima P. Damiani conglutinata uideretur, et dum congrediebantur seu in Palatio, seu in Monasterio, diuelli non poterant. imò cum Comes de Lemos eius Pater creatus fuisset Neapolis Prorex, instaretq. tempus illuc proficiscendi, D. Franciscus enixè precabatur P. Fonsecam, ut secum Neapolim se conferret, ne tàm citò suauiola sua consuetudine priuaretur. Exinde Neapolitani Regis potentiam concinnè amplificare: spondere se in eo ornando totis uiribus operam impensurum, neq. cum eo tanquàm cum Confessario, et Theologo; sed tanquàm cum germano Fratre acturum, prouisurumq. omnibus necessarijs: Demùm tanta mobilis argumenta congessit, ut iuuenilis animus in nouitates pronus, uerbis, atq. arcta consuetudine

pellectus, facile assensus fuerit. uerebatur tamen, ne se Provincialis suus opponeret, qui timor animum continebat, frenabat desiderium, ne iterum illius cieret iram, et acrius quam prius excandesceret: eò quod ipse ab Adolescentulo suasus propriam domum Provinciam, plurimosq. optimæ indolis discipulos deserere pararet. nec eum fefellit opinio, uix enim uerbum ab ore elapsum est, cum Provincialis in furorem conuersus uix eum non hausit. Num tam leuiter, ait, et ad falsum sermonem, ac blandimentum Adolescentuli, qui ad instar Chamaleontis singulis horis singulas formas mutat? Num tuam deseres Provinciam, alienas petiturus? Num patietis tuos discipulos logicâ imbutos, qui nec dum Artium cursum compleuerunt, aberrare? Sanè quidem tibi meam denegabo benedictionem, imò potius ~~dabo~~ maledictione te prosequar, deferiamq. ad Vniuersi Ordinis Magistrum, te absq. meo assensu: imò præter meam uoluntatem abijsse, omniq. honore, qui in hac Provincia allatus est te priua-

bo. tunc fr. Damianus obsequiosulus, ne irascatur, ait, P.V. ego enim absq. consensu, et benedictione P. V., quam tanquàm meum Prælatum ueneror, nihil prorsùs facturus sum. si quid minus dignum tentauerim, me corrigo, et pedem refero. A Dno Fran: cisco recedam, et P.V. parebo. Cum hæc Dno Franc. retulisset, ipse repulsam hanc ægrè ferens, credensq. facili negocio Prouincialem trudi posse in suam sententiam eum adiuit, multusq. fuit in suaden: do, ut pro maiori augumento dignitatis P. tonsecæ eum optime nosset, inter sibi claros non infimum locum obtinere, pateretur, ut secum Neapolim pete: ret. nullius ponderis fuerunt rationes, ac preces semper respondit non expedire, quia tamen eum non latebat quantum diligeret fr. Damianum, se annuere pro alio tempore opportuniori, atq. il: li se commissurum theses Theologicas ad futurum Neapolitanum Capitulum, hunc q. esse titulum speciosum aiebat, opportunissimamq. occasione sua presentia honorandi actionem illam, in eu:

ius.

ius premium (certo sciebat eum docte satis theses defensurum) aliquem deinde honorem a Capitulo impetraret. Assensus est haud inuitus D. Franciscus, statuitq. cum P. Damiano, ut ~~finito~~ Philosophiæ cursu emenso, nulla mora interiecta Neapolim peteret, promisitq. se daturum negocium alteri ex Triremium Ducibus, ut statim atq. Neapolim reuersuræ, uela facere deberent in Hispaniam illum secum ducerent, cuius personam æstimarent, et cordi haberent æque ac si ipsum ueherent. Neq. hoc ardentissimum illius desiderium absentia tantillum refrigerauit; nam e Barcinone suis litteris fr. Damianum etiam, atq. etiam hortatus est, ut itineri se accingeret, Neapolim cum triremibus petiturus, staretq. promissis. Deinde a Neapolitana Urbe iteratas dedit litteras, quibus monebat se mandasse Duci Triremis dell'Elua nuncupatæ, ut in suo reditu eum ueheret. Nimis impatienter expectabat fr. Damianus suarum lectionum finem, et propterea Philosophiam non ita fuisse, ac enu:

cleaic

cleate exposuit sicut legicam; sed illa utcunque
terminata, auidè expectabat Triremium aduen-
tum; et mox accipiens illas Carthaginem appu-
lisse, neq. potuisse Valentiam, cum eius littus ni-
mis periculosum quod ad modum gradium est.
Hinc oppidum ibi situm uocatur Grao, idest gra-
dus: Vnde fit, ut non facilè nauigia ad Conti-
nentem appellent, cum pleraq. naufragentur.
Desperans Fr. Damianus se posse amplius Trire-
mium Neapolitanarum commoditate uti, Valen-
tinæ Vrbi, suoq. Monasterio uale dicens, Alican-
tum perrexit, ut aliquam in nauim conscenderet ex
plurimis, quæ inde Liuornum uersus uela face-
re solent, cumq. ibi per aliquod temporis spacium
se detinuisset, comparuit nauis quædam Ragusea
quæ a Peritis recognita, an secura, an idonea
esset pro illo itinere, a cunctisq. laudata, et ap-
probata. Cum Capitaneo illius pactus est de iti-
nere, et uictu, cum esset expectatione defessus. Na-
uim ergo prædictam ascendit, licet sibi non pe-

nitus

nitus placeret, uixq. è portu soluerat, cum eum poenituit: tum quia audiuit eam ab portis pene infestis aduenisse: tum etiam quia nullum habebant sanitatis testimonium: praeter quàm quod nauis Gubernator nullam decentem cibi, aut potus copiam comparauerat, cum prius magnam rerum omnium abundantiam, uinaq. pretiosa se habere gloriatus esset. nihil aliud mensæ apponebatur, quàm alices, aliaq. piscium sale conditorum genera, ac legumina copiosè: vinum mucidum, et aqua putrida: quæ P. Damianus nauseatus a mari non modo labiis, sed neq. naribus admouere poterat. His accedebat quod nauis non ferreis clauibus munita; sed tota ligno compacta tota quassari, nec pelagi procellis resistere posse uidebatur. Præterea mare, quod antea nunquam fuerat expertus sibi erat infestissimum, non cibum, nõ potum, non somnum capere; sed ipsa viscera euomere. et quod peius fuit superuenit tempestas prope insulas Baleares, quæ iam iam nauim scindere

uidebatur

videbatur. Haec omnia Fri Damiano inexperto, a
delicijs Valentinis recenter avulso, scolasticis specu-
lationibus solummodò assuefacto, molestissima erant.
Coepit serio cogitare quonam pacto ab ijs angustijs,
quas ima cogitatio atrae bili permixta in dies into-
lerabiliores reddebat sese eximere posset: Capitaneum
consuluit quomodo illas evaderet sciscitans an pos-
set ad aliquem Portum, seu Maioricense littus ap-
pellere: respondit Capitaneus se id facere non posse,
praesertim quia tunc temporis ventus secundus, ac
validus spiraret, qui brevi Leoninum pelagus supe-
raturos spem faciebat, et Maioricam petentibus
contrarius foret ventus. Urgebat eum Fr. Damianus
promittens multam mercedem, si ad eam insulam eum
exposuisset. Convenerunt igitur de pretio, decem ni-
mirum Ducatorum, quibus solutis Capitaneus
puppim ad quendam Insulae portum, Alcudia nun-
cupatum direxit: Portum subiturae navi prohibe-
tur ingressus ab Equitibus custodibus, signum danti-
bus, ut testimonium sanitatis ostenderent. Capita-

neus

neus, qui tali fide carebat, petijt a fratre Damiano, an vellet ad litus appellere. Accepit condicionem fr. Damianus, et subiens scaphum ac Urbis litus expositus est cum omnibus impedimentis qui paululum alacer tot defunctus periculis, vix se pelago ereptum credebat. Navis interim in Altum vela faciens suum iter prosecuta est.

Manet P. Damianus aliquot dies Maioricæ, & deinde iterum Ponto se credit, & Panormũ petit. Cap. VI.

Ad maris litus iam expositus P. Fonseca pelagi erroribus non assuetus, solusq. procubuerat in arenam, ægra mente agitans pericula, quibus ereptus fuerat ita ut videretur è Ceti ventre evomitus. anxius erais quò se verteret quidue faceret, aut ignorabat, aut nosse non poterat solus. Sæpius oculis circumlustrabat, an aliquisquam aliqua ex parte occurreret. Tandem comparuit non procul Rusticus, qui eum primum vidit Frem Damianum fugæ se dedit ac si larua occurrisset, et licet Fr. Damianus non semel appellauerit: nihil ille fugam intercepit; imò quò magis iste clamabat, eò magis ille fugam adornabat, donec ab oculis euanuit. Comparuerunt paulò post nonnulli equites, qui litus circumlustrabant, ut litus quibuscunq. aduenis prohiberent, cùm tunc forte multæ Italiæ Vrbes peste laborarent. Hi igitur directis in P. Damianum hastis necem pa-

minitabantur, si ulterius procederet. Tunc alter ex
ijs equo stimulato propius accessit, et percontatus
est quis nam esset, unde ueniret, quò tenderet. Iste
singulis satisfaciens, suadebat equiti ne timeret acce=
dere, sanus enim, et incolumis erat: tunc eques salu=
tis fidem poscens, neq. illam Damiano ostendente
cum suis commilitonibus ad Urbem Alcudiam nō
longiùs milliari dissitam properauit, nunciauitq.
Aduenam monacali habitu indutum ad litus ap=
pulisse. Decemuiri metu consternati congregati
sunt. et post longam consultationem, placuit ad
eum mittere Nuncium, qui eum diligenter per=
contaretur. Accessit Nuncius, eum examinauit
monuitq. ne inde discederet non exhibito ua=
letudinis testimonio: pro quo fr. Damianus exhi=
buit Patentes litteras paucos ante dies a suo Pro=
uinciali in Valentino Monasterio datas, quibus fa=
cultatem impertiebatur adeundi Italiam, disputatu=
ro Neapoli in generali Prædicatorum Capitulo pro=
pediem habendo. Addidit deinde se nauim, qua uectus

fuerat

fuerat dimissus ob cibariorum penuriam, aliasq. causas postea manifestandas. fama, quæ res augere et ornare solet morem seruarat. nam per totam Vrbem ferebatur: viros pene labrantes litus tenuisse. Omnes in forum conueniebant ueritatem auditum. Nuncio ad Vrbem perueniente occurrunt, et inter eos Parochus quidam Natione Hispanus Valentia oriundus. Huic Pris Damiani litteras tradit legendas, et interpretandas, qui ut primum P. Damiani a Fonseca nomen legit: Optime noui (ait) Patrem hunc, quem disputantem in Valentina Vniuersitate sæpius audiui, et sumus Commilitones et condiscipuli Mri Masij insignis in illa Vniuersitate Theologiæ Professoris. Salua res est. Pateat in Vrbem aditus Patri huic mei amantissimo, quem ego excepturus sum. Nos obuiam eamus. Equo parari iusso, magna caterua comitatus illum adijt. qui ut mutuo se agnouerunt præ lætitia obortis lacrimis in mutuos amplexus irruerunt egeruntq. Deo gratias qui si mortificat simul ui-

uificat: si deducit ad Inferos, & reducit; cali-
cem enim habet in manu plenum, & inclinat ex
hoc in hoc. Lætus igitur Fr. Damianus cum Pa-
rocelo (qui Angelus è Cælo delapsus sibi uidebatur)
ad Urbem properat, et ad illius Domum diuertit.
Suauissimis colloquijs tempus terere cœperunt
donec pararetur Cœna. Fr. Damianus suos retu-
lit casus, et cur illuc appulisset. Parata cœna
dum ad mensam accedunt, aduertit Fr. Damianus
perdices, ac turdos esse permistos optimis piscibus
(erat enim Saturni dies) unde ad Parocelum conuer-
sus, ait: nonne hodierna dies Saturni est? Cur ergo
carnes apposuisti? et errorem hospitis honori, et
suæ humanitati tribuens, addidit: Quanquam ego
refectione indigeam, cum à septem diebus non cibum
non somnum captauerim in eo autem statu non sum,
ut nequeam piscibus, atq. herbis uesci. Ad hæc Paro-
celus: Non offendatur quæso P. V. nos enim ex singu-
lari priuilegio Saturnali die carne uesci possumus
Singulare quidem priuilegium (ait P. Fonseca) quippe

qui

qui solitus in scholis argumentari, semper quoque inter familiares congressus occasionem captabat arguendi) singulare insuper privilegium, huiusq. inauditum, et nemini datum, redolet enim hebraismum cibatio carnium in die Saturni, quem populus Catholicus colit ieiunio. Itali presertim in honorem Celorum Imperatricis tanto cultu prosequuntur, ut si quis oua, uel lacticinia manducaret non mediocri esset scandalo. hæc forsan facultas ex immemorabili potius consuetudine, quàm ex privilegio nobis collata est, ut Castellæ, quæ eodem Saturni die animantium extris uesci solent. maxima est consuetudinis uis. in Regnis Aragoniæ, et Valentiæ Presbiteri tres missas celebrant in die Defunctorum, qui alicuius Ordinis sunt, et Monacalem uitam ducunt: ceterisque ro. dens. sunt Parochis: non sic apud nos, quibus facultas data est ex indulto Benedicti XIV. qui Summus Pontifex fuit, et Maioricensis Urbis Episcopus, uel hodie cum eisdem ceremonijs sacra facit, quibuscum solet Romanus Pontifex ut uidere poteris. nec

temerariâ quis existimet hanc facultatem, nam hoc Coelum, sub quo respiramus est adeo salsum, cum omnibus Insulae fluctibus, ut nos sensim in Ethicam inducat, quo modo omnes ferme morimur. Ad haec Fr. Damianus (pace dixerim vestrâ) vereor ne hoc indultum vobis non suffragetur. nam Pontifex iste non Benedictus, sed maledictus adiudicatus est in Constantiensi Concilio, eò quod renunciantibus duobus Summis Pontificibus ad tollendum schisma, iuri quod habebant super Pontificatû, ipse semper pertinax, in Peninsulâ, quae ad Valentini maris littus prope Binaros sita est, Sedem locavit, ubi suos Cardinales creabat, et omnia Pontificia munera exercebat. Suam habebat triremem, quam per secretam cochleam ad quemcunque Cameram conscendebat et donec reditus tutus nô esset, cum suis Cardinalibus non revertebatur, semperq. esse ac vocari voluit Benedictus Papa XIII. unde ortum habuit hispanicum adagium Aun el se sta en sus treze. idest adhuc ipse perseverat, volens nuncupari Be-

nedictus

nedictus XIIJ. Sed quicquid sit de his, ego piscibus
uescar, uos carnibus cum hac conditione ut qui non
manducat manducantem non spernat, et qui man:
ducat non manducantem non iudicet. laute ergo
coenarunt, et tunc primum Fr. Damianus degusta:
uit Maioricensium singulares delicias: quoddam ni:
mirum fungorum genus gustui haud ingratum, quod
Sclata sans uocatur, eo quod humore rubro ad instar
sanguinis scateat. mansit ibi Fr. Damianus totam
sequentem diem, post quam Maioricam uersus Insu:
lae metropolim iter coepit, comitante Parocho. To:
tam insulam emensus peruenit tandem ad dictam
Vrbem, Parocho semper comite. Statim atq. subiuit
Monasterium, occurrerunt pleriq. Patres sibi noti,
utpote eiusdem Prouinciae, qui summo cum ap:
plausu eum ad Moderatorem introduxerunt:
quem perbenigne excepit, detinuitq. mox abire uo:
lentem, suadens, ut expectaret donec nauis qua:
dam Maioricensis fortissima, plurimis bellicis tor:
mentis munita e portu solueret, quae pleriosq.

Rusticos illius Insulæ ad Sardiniam ostendam transferre debebat, et inde varias merces Panormum transportatura. Per mensem se detinuit in dicto Monasterio P. Fonseca: quo tempore vacare potuit deliciis insulæ illius, quæ nec paucæ sunt, nec spernendæ. Disputando quoque, et concionando animos Accolarum, qui in advenas non mediocriter propensi sunt, sibi conciliavit. Post mensem in navim conscendit iam è portu in Altum soluturam, sicut mox solvit. et secunda aura per diem integrum Pontum legerunt, cum sub noctem repente Cælum nubibus obductum est, procellosus auster repente prorumpens totum æquor subvertere cœpit, ita ut Fr. Damianus clamaret: me miserum quanti montes volvuntur aquarum, navis mox in Cælum sublimis tendebat, mox præceps ruebat in ima pelagi ita ut submergi videretur. Tunc Fr. Damianus vera coepit fateri quæ de maris tempestate audierat, nec crediderat. Erat forte in eadem navi Maioricensis quidam Canonicus, qui una cum fratre Romam

petebat

petebat religionis ergo. metu territus, atq. animo
consternatus clamare cœpit: Succurrite nautæ
succurrite citò, et nauis scinditur, nosq. cum so-
la puppi absq. timone iam iam demergimur.
Verum tamen erat, quod timonem uix quatuor
nautæ regere poterant, clamante Duce inte-
gram diem, ac noctem, ut iam ad dexteram, iam
ad sinistram mouentes uehementes undas confrin-
gerent. Appropinquante Aurora, sedari pau-
lulum cœpit tempestas, et mox nautæ alacres
S. Telmum inuocare cœperunt, quem supra ar-
borem apparuisse proclamabant, et P. Fonseca
dextera prehensus ad puppim adductus est, ut
ipse quoq. Diuum conspiceret, ac inuocaret.
qui clarè uidit in uertice arboris sex lumina
ad instar coronæ, lucem cuiuscunq. simplicis
candelæ excedentia, in quorum medio nautarum
credulitas uult apparere S. Telmum, quem licet
P. Fonseca non uideret, expertus tamen fuit ad
illorum luminum apparitionem illicò cessasse

tempestatem. Hoc defuncti periculo, in aliud non minoris momenti continuò inciderunt. è fluctibus Balearis pelagi emersit Balena (quæ frequentes in eo mari sunt, et ab ijs nonnulli uolunt Balleare appellatum) quæ magnitudine nauim longè excedebat, fluuiumq. per fistulam quandam effundens, nauiq. accedens, sua uastissima mole illius euersionem minitabatur. Iterum Nautæ ad Deum confugerunt. obnixè eum precantes, ut ab nauim monstro illi eriperet. simul conueniunt, et consulunt quid capiant consilij. Uno ore clamant explodendum in eam tormentum bellicum. obstitit Fr. Damianus, affirmans belluam nimis uicinam esse, et si feriretur, potentiumut in omne latus se uerteretur, dolore concitata per æquor discurrens, nauim uloma subuerteret. dum hæc discutiuntur, balena se submergens, ab omnium oculis euanuit. Iam ratio postulare uidebatur ut post tot infortunia, aliqua quiete pauperculi nauigantes fruerentur, sed uix eam delibarunt, cum inimica nauis comparuit

quæ

è specula recognita tria solum milliaria distabat præstabatq; magnitudine, et bellico apparatu, ac uento secundo plenis uelis in illam ferebatur. Inito iterum consilio, iussit Nauicularius foras educi omnes Rusticos cum suis Vxoribus, filijs, et filiabus qui in ima naui erant clausi: Rex enim Maioricæ publico edicto spoponderat omnibus ijs rusticis, qui Sardiniam incolere uoluissent se daturum agros ad colendum, domos, frumentum, et multa similia Regia concessurum. Quo audito multi pauperes Rustici cum suis familijs ad numerum centum relicta Maiorica in Sardiniam super ea naui se conferebant. Hi ergo omnes cum suis armis et Instrumentis, quæ occurrerant, cum Nautis, alijsq; ita per nauis ambitum distributi fuerunt, ut ab inimica naui uideri potuerint: nihilominus ad bombardæ ictum approxinquauit, et oculis optimè conspiciebatur nauis Anglica ad bellum instructa, undequaq; mœniorum scutis optimè munita, interiectis inter scuta bombardis more Anglico

explosit prius Maioricensis nauis tormentum bellicum ita feliciter, ut uoces hostium de accepto damno querentium exceptæ fuerint. Inde uidentes bastam virorum multitudinem ad præliandum instructam, animo cadentes, binis aliis uelis expansis, aliò diuerterunt. Vix è manibus Anglorum elapsi fuerant, cum nautarum uox auditur: fulcite arborem citò fulcite (omnes namque cordæ, et alia sustentacula, quæ arborem fulciebant ex preterita procella adeo attrita erant, ut ruinam minarentur, cecidissetque haud dubiè non sine maxima nauis iactura, nisi maris tranquillitas tempus dedisset Nautis illam reparandi. Breui in Sardiniam peruenerunt, quo Rusticis cum familijs, ac impedimentis expositis, emptoque vervecum multitudine a Rusticis, qui ad littus confluebant pellibus amictis optimoque pane instar niuis albo, atque alijs fructibus, nulla mora iter in Siciliam dirigunt gaudente Cœli tranquillitate intra breue spatium Panormum appulere. Exinde Fr. Damianus Monasterium

nasterium S. Sixti petijt Lucialibus anni 1596.
Cuius Alumni, ac moderator benignissime hospitem
habuerunt. vbi ille per aliquot dies scholasticis di-
sputationibus uacauit.

P. Fonseca Neapolim petit, ubi in Comitijs generalibus sui Ordinis theses Theologicas sustinet, et morti Magistri Ordinis interest. Cap.

Ad xiij. Kalendas Januarias anni a die Dominicæ Natiuitatis 1598. Fr. Damianus conducta nauicula defectu Triremium, suum iter infaustum prosecutus est. infaustum inquam, referre enim nunquam possem quot per hiemale illud tempus subierit pericula, quot incommoda passus fuerit. Nec L. Seianum equum habuisset, tot infortunia accidissent. Mense integrum pelago aberrauit ante quam Neapolim appelleret. non semel ob maritimas procellas ad aliquam oram pulsus, humi iacendum fuit Cœli iniurijs, et hyemali rigori obnoxio. In peruigilio Dominicæ Natiuitatis ad Urbem Policastrum eiectus eam inuenit a Mauris depopulatam, templo prophanato Sanctorum imagines laceratas, et sacram supellectilem direptam fuisse, ita ut uix in Natali XPi die

uix.

uix apta ornamenta, uix Altare fuerit ad sa-
cra faciendum. Inde soluens uoluerat Fr. Damianus
sinum quendam illius maris nauicula circum legere,
potius, quàm ab uno in aliud Promontorium recta
tendere, praesertim cum non nulla turbati temporis
signa apparerent. Nautae Fris Damiani consilium
spernentes in altum tendunt. Nec parum eos paulò
post poenituit tam audacis consilij, cum medium
aequor tenerent, repente oritur tempestas, mare ef-
feruescit, et abimo subuertitur. fluctus adeo tumen-
tes, et impetuosi paruam ratem arietabant, ut à
maximo Nauigio sustineri nequijssent. Velipsi
Nautae imminens periculum dignoscentes, suos er-
rores Fri Damiano confiterentur. cumq; aequor ma-
gis semper intumesceret, et aquarum fluctus ad in-
star Montium mox maiores irrumperent, Nautae
metu consternati, relicto gubernaculo diuinam o-
pem implorare, praesentem mortem iam ex iam ex-
pectare, nullam incolumitatis uiam discernere.
Hinc Nautarum querelae inde tempestas persuideré

quando Deus tot calamitatum misertus est. Validus imber è cælo cadens uentum in plures partes scindendo ita æquor uno temporis momento compescuit, ac si nunquam procella aliqua præcessisset. Alacres nautæ correptis remis breui hora litus tenuerunt. Ad litus expositus fr. Damianus in arena crucem signauit, et rate dimissa Mare uidit, & fugit iter suum per terram, quam Deus dedit filijs hominū prosecutus est Messinam usq; et inde Neapolim, Comite quodam Regio Consiliario Mantoia nuncupato quo appulsus, amantissimo suo Dno Francisco de Castro Comitis de Lemos Neapolitani Proregis filio prout Valentiæ promiserat se præsentauit, inquiens Post uarios casus, post tot discrimina rerum, ecce adsum, deoq; promissis. Irruit in eum, ut uidit, D. Franciscus, quem osculans, arcteq; amplectens Pri Fonsecæ mitius amplectenti aiebat: cur non me stringit P. V. certè nescit amicos amplecti. et mutua congratulatione ad inuicem salutati, de itinere sermo incidit. tunc Fr. Damianus

recensitis

recensitis discriminibus, quæ subierat, iussus est in Palatio permanere, ubi aliquot dies lautè, ac magnificè tractatus, cum meminisset Religiosos viros extra claustrum esse sicut pisces extra aquam, dictum suum Dnum enixè precatus est, ut pateretur eum se recipere in Monasterium Sancti Spiritus sui Ordinis, quod cum tam propè esset, potuisset quandocunq. illius uti opera. Annuit ille, suumq. Præceptorem ad Moderatorem Monasterij misit, ut commodam habitationem pararet, supellectilemq. è suo Palatio deferri iussit. Fr. Damianus debitas ei agens gratias ad suum Monasterium divertit, ubi honorificè tractatus est. Illius Moderator opportunam nactus occasionem, cum etiam, atq. etiam rogauit ut a Dno Francisco de Castro impetraret munus quoddam Gubernatoris pro Doctore de Dominicano Ordine benemerito qui pinguem eleemosinam pro Claustro fabricando offerebat, si illud obtinuisset, et reuera per P. Fonsecam obtinuit

Accipiebat fr. Damianus Dñi Francisci de Castro confessiones: quod in causa erat, ut ad eum quotidie viri pro gratijs confluerent, ac provincijs, quæ ad Dnum Franciscum spectabant, neq. spe frauda=bantur multi enim illius intercessione quæ aliter obtinere nequierant, consequebantur.

Erat tunc forte Neapoli nobilissima, ac pulcherrima puella, Parentibus orbata, et Oppidorum hæres, Comitissa de Castro nuncupata, decimum annum agens, quam multi Principes, et inter alios Primogenitus Comestabilis Columnæ sponsam cupiebant. Lis erat inter Matrem, et Patruum de tutela, unoquoq. se tutorem faciente. Vterq. ad Frem Damianum confugit, uterq. pretiosa munera pro more pollicebatur pro tutela. Re tota ab isto delata ad Dña Francisca, et ab hoc ad Patrem Proregem, statutum est pro communi bono ut sub ~~sub~~ eiusdem Proregis tutela reciperetur; et cum Dña Proregina sua Vxore educaretur, quousq. sui compos facta de se deliberaret. Vix annum egit

duodecimum

duodecimum, cum ad Archiepiscopum ducta est, ut eam de sua voluntate percontaretur. Interrogata ab Archiepiscopo, num vellet aliquem virum ex iis, a quibus summopere optabatur, respondit se nolle alium virum, quàm D. Franciscum de Castro, a quo & requaeretur alicui Ordini se nomen daturã. quo responso penetrato omnes concurrentes illi concesserant, qui itidem respondit: se nullam aliã uxorem ducturum praeter illam: quod eius Mater Dña Comitissa de Lemos soror Ducis de Lerma Hispaniae Regis primi Consiliarij, et uxor Proregis nimis aegrè tulit, quoniam ei Dux de Lerma Patruus aliam uxorem nobiliorem, ac ditiorem Vallisoleti destinauerat, Comitissam nimirum de Cifuentes, quae ultra antiquissimum et ditissimum Principatum, titulum Magnatis Hispaniae eidem annexum secum deferebat. His tamen omnibus Fr. Damianus (cui res suas credere solebat D. Franciscus) tantae virgunculae dignitatem praeferebat: licet ille, immerito quidem, iam

fluctuaret; ita ut aliquando P. Mendozam è Societate Jesu Confessarium Proreginæ rogauerit ut preces ad Deum effunderet pro rei grauissimæ conclusione: si tamen ex ea maior Dei gloria resultatura esset; addidit P. Mendoza. Non sic oret, rogo P.V.; sed potiùs quò diuina sua arte, et sapientia efficiat, ut negocij conclusio in maiorem sui gloriam resultet, et negocium omninò perficiatur (spectabat namq. ad dictum sponsalitium) et reuera perfectum est. Interim Comitiorum tempore appropinquante, undequaq. confluere cœperunt Patres: iamq. aderat Fr. Hippolytus Beccaria Magister Ordinis a Monte Regali oriundus cuius gratiam sibi compararauerat Fr. Damianus, dum Valentiæ Adolescens illius cubicularius, et in visitatione illius Regni fuit Amanuensis quam fecit unà cum Mro Fre Hieronymo della Nuzza tunc Prouinciali. Suas igitur theses depromptas ex doctrina D. Thomæ, è Summa uidelicet Theologica impressas, dicatasq. D. Francisco de Castro in ædibus Diui Dominici in die festo Smæ

Trinitatis

Trinitatis sustinuit, quæ tùm propter Proregis assistentiam, ac diffinitorij, totiusq. Neapolitanæ nobilitatis, tùm etiam quia Arguentes fuerunt P. Franciscus de Castro, et eius Magister P. Didacus Lopez, et P. Mendoza a Confessionibus Proreginæ: tùm denique propter sustinentis facilitatem in percipiendis, repetendis, soluendisq. difficultatibus, et miram in suæ mente explicandæ claritatem, celeberrimæ fuerunt. Neque omittendum putaui quod P. Mendoza probare conatus fuit, ebrietatem nimium non modò esse peccatum; sed duplex peccatum committere qui inebriantur. Prorex baculo, cui innitebatur, tellurem quatiens, silentioq. indicto, Heluetios Custodes, qui circumstabant respiciens, lepidè dixit: Benè se habent mei Heluetij, sibis peccant quoties inebriantur: quo sale scolasticam disputationem aptè conditam terminauit. et continuò surgens è sella inter discedendum ad Ordinis magistrum, et Diffinitores conuersus, ait: Quemadmodum P. Fonseca sua celebri disputatione hanc ge-

neralem

neralem Congregationem illustrauit: ita et ab illa Magisterij dignitate debet condecorari: quod ut mea intercessione consequatur, etiam atq. etiam rogo atq. oro. Tunc P. Fonseca quia satis iuuenis erat, et nuper ad Sacrum Presbiteratus Ordinem promotus, petitionem moderans, subdidit: Satis mihi erit, si in gratiam Excell.tiæ V.ræ, nullis meis meritis crear Baccalaureus, aptusq. fiam ad promerendam Doctoratus lauream. Continuo ab Ordinis Magistro Baccalaureus ad legendum pro forma, et gradu Magisterij destinatus fuit.

Inter alia Decreta, quæ in illis Comitijs facta fuerunt illud præcipuum erat, quod in posterum electiones, quæ malorum seminarium existimabantur, è medio tollerentur: ita ut ad Magistrum Ordinis spectare deberet Prouincialium electio in Capitulis generalibus: pariterq. Prouincialis munus esset Moderatores Monasteriorum creare in Capitulis Prouincialibus. Cumq. hoc Decretum per tres dies ut approbatum haberetur: quarta die surrexit

P.

P. M. Fr. Andreas Balaguer Aragoniæ Diffinitor, perperam hac in parte instructus, Romæ præsertim à Cardinali Asculano eiusdem Ordinis Prædicatorum, qui huic Decreto validè se se opposuit, tyrannidem, ut asserebat, in Ordine portendenti: posset enim illius Magister, si vellet suos ad libitum ad honores promouere, nulla virtutum, ac meritorum ratione habita: quare in proximo Congressu idem Diffinitor in Decretum perorauit, et de eius nullitate protestatus fuit affirmans non posse Diffinitorium quantumcunq. generalissimum condere Decretum contrarium Constitutionibus à S. Sede Apostolica confirmatis: Cumq. iterum res discuteretur, et ad Vrbem scriptum fuisset, euanuit Decretum non sine rubore, animiq. pudore ipsius Magistri Ordinis, qui ægrè tulit decretum illud ambitioni, et tyrannidi potius, quàm boni publici desiderio tribui; quæ dum sensim secum animo uolutaret rumoresq. in illius regimen singulis diebus auge-

rentur

rentur (igni materiem aggerante Cardinali Auscu=
lano, qui crebrò suis literis eum redarguebat) et
senio, et curis confectus incidit in morbum, quo
in diès ingrauescente, cælesti pane refectus, cæterisq.
Ecclesiæ Sacramentis susceptis, sensu destitutus est.
Assistebant P. M. Fr. Petrus Caragoza, et P. Fonseca,
qui cum Proreginæ retulisset quàm non æquo ani=
mo ferret uniuersus Prædicatorum Ordo, quod suus
Magister ex hac uita migraret, nullo uale suis Di=
scipulis dicto, prout alij magistri facere consueue=
rant imò documenta aliqua testamento relinque=
bant, educta ex Arca ampulla Pri Fonsecæ tradidit
inquiens: eat P. V. et paululum huiusliquoris in
argenteum coclleare effundens admoueat ori P.
Generalis, curetq. ut deglutiat: Paruit P. Fonseca
(dictu mirabile) uix deglutierat, cum oculos ape=
ruit, ac in se reuersus: pulsate, inquit, campa=
nulam, omnesq. fratres ad me introducite: quibus
(cum conuenissent) simile testamentum Patriar=
chæ Dominici legauit. Ego (filij mei) iam delibor

& tempus meæ resolutionis instat, charitatem
humilitatem, paupertatem voluntariam custodite:
hi sunt thesauri, quos vobis hæreditario iure relin-
quo: quibus post quam nonnulla mandata addi-
disset ad pristinum statum reversus post breue in-
teruallum vita functus est.
Instabat iam annus Jubilei sexcentesimus supra mille-
simum a Xpti Natiuitate, et P. Franciscus de Castro
ut Ostij Sancti aperitioni interesset ad Vrbem se con-
tulit, secum ducens quoq. P. Fonsecam. mensem inte
grum ibi se detinuerunt Sanctorum Apostolorum li-
mina, aliaq. templa frequentantes non sine pia am-
mi delectatione ijs præsertim temporibus, quæ pie-
tatem, ac religionem redolere solent. Reuersus
Neapolim P. Franciscus, reliquit in Vrbe P. Fonse-
cam tum ad pertractanda non nulla negocia ad
se spectantia: tum etiam ut in proximo Capitulo
electioni Magistri Ordinis interesset. Emicabat
tunc sicut sol inter sidera, inter Purpuratos Prin-
cipes Burghesius, quem propterea popularis aura

Pontificem acclamabat. hunc Fr. Damianus Protectorem eligere voluit, Dominumque Franciscum precatus est, ut eum ~~praefato~~ praed.° Cardinali commendatum vellet: quem nulla mora D. Franciscus secum curru duxit ad illum, cui etiam, atque etiam commendauit: quae commendatio tanti ualuit penes Cardinalem, ut Fr. Damianum saepe curru secum duxerit, et nihil passus fuerit a Fre Damiano desiderari, quin media sua intercessione obtinuerit, praesertim a P. Mro Mirandula Ordinis Vicario, qui sede uacante ipsum Ordinem moderabatur, et ad supremum Magisterium promouebatur a toto Capitulo. Vnus P. Seruantius Cardinalis Aldobrandini, nepotis Clementis Viij. tunc Regnantis, qui Ordinum Reformationem totis uiribus promouebat, Theologus se se opponebat, cui facile fuit a Pontifice exclusionem illius obtinere eo titulo, quod spiritus non haberet ad reformandum Ordinem. et quo facilius eum excluderet, inclusit P. M. Xauerium Aragoniae Prouincialem, quem et sum-

mo

mo Pontifici, et Nepoti, cæterisq. Purpuratis Prin-
cipibus pro egregio viro, ac religiosissimo Hispano
commendabat. Erant electores diuisi: plerię illum
Mirandulo adhærebant quem ipse quoq. P. Fonseca
pro uiribus promouebat, electoresq. Lusitanos omnes
in suam traxerat deuotionem. Quo a Duce de
Sesa Hispani Regis Oratore cognito, Lusitanos ac-
cersiuit, et blandiculis uerbis suadere conatus est, ut
concurrerent cum Castellanis in electione P. Mri Hie-
ronymi Xauerij ab ipso Pontifice promoti. Lusita-
ni nullum aliud dederunt responsum, nisi se facturos
quicquid conscientia subiecisset. Orator huiusmodi
responsum sinistrè interpretatus eos obiurgauit, mi-
nis terruit, præcepitq. nomine Regis, ut neminem
præter Xauerium eligerent. Illi idem fermè respon-
sum dederunt, et continuò terga uertentes abierunt
ac in cubiculo congregati cœperunt de electione se
se consulere, et post multa Diffinitor dixit: mira-
bile dictu! Castellanus pro alio Castellano intercee-
dit. Ad hæc P. Fonseca: non excludamus eum ti-

tulo

culo Castellani, quia ipse reuera est Cæsaraugustensis, et Aragonensis. Diffinitoris socius respondit licet non sit Castellanus lingua tamen loquitur Castellana; et ideo per sancta quatuor euangelia meum suffragium non obtinebit (tanta est inter Castellanos et Lusitanos antipathia) et post quam multa partim seriò, partim lepidè disseruerunt, P. Lecno, qui disputaturus accesserat ita sermonem obsignauit: Indigna profectò facies illa Xauerij, quæ ad Generalatum assumatur, et similis eis, quæ a Pictoribus formantur, dum Natiuitatis nostri Redemptoris noctem pingunt, cuius pars altera clara, altera obscura est. Habebat etenim P. Xauerius faciem maculosam, et spinis umbris notatam. Penetrata nihilominus Pontificis uoluntate de exclusione P. Mirandulæ, et commendatione Xauerij, et habita de more a P. Fonseca ad Patres congregatos eleganti oratione, ut postpositis commodis proprijs, et affectibus optimum Prælatum eligerent, Magister Xauerius electus fuit in ge-

neralem

neralem Magistrum propter duorum suffragiorum excessum.

Pontifex cum meminisset interim P. Mirandulam esse de Ordine, et S.mæ Inquisitionis Officio optimè meritum, eum accersivit, et P. Brindes Archiepiscopum nominavit; sed ille recentis vulneris dolore exacerbatus honorem illum interepidè recusavit, inquiens: S. V.ra provinciam istam (qua ego indignus sum) conferat alicui, qui habeat spiritus reformationis, quibus careo. Tunc Pontifex humanæ conditionis fragilitatem commiseratus, manum capiti imponens, ait. Peccatum tuum super nos: itaq. benignitate P. Mirandulam et Archiepiscopum, et confusum dimisit.

Remeat F. Damianus Neapolim, ubi negocia ab Ill.mo Burghesio sibi commissa prius diligenter exequitur, & deinde Valentiam remigrat. Cap.

Neapolim reuersus P.ri fonsecae multa mandauit Cardinalis Burghesius quae a D.no Francisco Comite de Castro obtineret, liberam nimirum extractionem cuiusdam Vini quantitatis, quam Hispaniae Rex Purpuratis Principibus solet concedere, eductionem equorum pro suo seruitio necessariorum, et praesertim ut Cognatum suum Caffarellum aere alieno obrutum in aliqua Regni prouincia occuparet donec suis redditibus illud solueret. Quid moror? ea omnia, quae exoptabat per intercessionem P. fonsecae obtinuit: imò D. Franciscus eum in domo cuiusdam sui Patruelis Pincernae Proregis hospitio eatenus detinuit, donec munus, quod petebat, Stratico dictum Salerni collatum ei fuerit, prout uel hodie retinet penes

se

le Epistolam eiusdem Cardinalis sequentis tenoris.
Molto Rev.do P.re. Hò inteso, che Gio: Domenico Perrone, al quale era stato incaricato di procurare da S. E. la speditione della mia solita tratta di cento botti di vino, usa in questo negotio l'opera della P.V.; e perchè io sò la confidenza, che debbo hauere nell'amoreuolezza sua uerso di me: hò uoluto raccomandarle hora questa speditione, si come l'hauerei anco fatto prima, quando hauessi saputo, ch'ella hauesse hauuta la mano in questo particolare, nel quale desidero, che la P.V. continui le sue diligenze ed S. E., presentandoli l'inclusa lrã, quando lo giudichi necessario, et operando, che come particolarissimo suo seruitore io sia anco in questo negotio riconosciuto da gli altri, almeno nel tempo. Il sig.r Gio: Battista mio fr.llo scriue alla P.V. più a lungo sopra questo particolare, e sopra la confirmatione d'un altra tratta, che si desidera; e nell'uno, e nell'altro ri-

mettendomi

mettendomi a lui, e raccomando all'amorevolezza, e diligenza sua questi negotij, e me le offero per fine in ogni sua occorrenza. Di Roma li 9. di Novembre 1601.

D. V. P. m. Rev.^{do}

Per servirla

Il Cardinal Borghese.

Tractata erant hæc omnia Cardinali Burghesio, prout crebris suis litteris ad P. Fonsecam datis ostendebat, quas iste servabat in lucem daturus, cum d.^{s} Cardinalis ad supremum dignitatis Pontificiæ apicem eveheretur: quod brevi eventurum spem faciebant animi singulares dotes, quibus pollebat. Interim Prorex adversa valetudine laborare cœpit quæ in malignam febrim degeneravit; et in dies serpens breviorem vitam pollicebatur. Fr. Damianus igitur, ac P. Mendoza è Societate Jesu ad eum introducti sunt, ut spiritualibus sermonibus morbi molestiam arcerent, et opportunè ad testandum inducerent, disponerentque ad suscipien-

da

da Ecclesiæ Sacramenta, quæ quidem alacriter susceptit, ac testamentum condidit, monitus de Vitæ discrimine, accersito suo Confessario, et paulò post rebus suis bene dispositis uitam cum morte commutauit. Successit in Regni administratione D. Franciscus de Castro, cuius Parens uidua iam reditum in Hispaniam ad Ducem de Lerma fratrem affectabat: sed Prorex iunior regimini non bene assuetus ad Atlanticam molem sustinendam ope Herculea indigebat, ne oneri succumberet: quod Matris discessum retardauit, donec suo oneri subrogauerit P. Mendozam virum quidem doctum, ac polyticæ, et Neapolitanæ rei peritum, P.re Fonseca suis seruitijs destinato. Triremes Neapolitanæ ad discessum paratæ sunt, Duce D.no Petro de Toledo, et Producetore D.no Comite de Piacenso, tranquillo mari, uentoq. secundo uela dantes, remisq. non parcentes XXI. Kalendas July è portu soluunt, et post tres hebdomadas Deniam Portum Valentini Regni tenent. Tam magnificè ac splendide a Duce, ac illius vices

gerente, omnibusq. Principibus qua pertransibant tractati, ac si esset ipsamet Hispaniæ Regina: dum etenim Caietam appropinquaret, ei obuiam egressæ sunt binæ scaphæ uitulis, pullis gallinaceis, optimis fructibus, pretiosis uinis, ac niue onustæ. Inter alias illius itineris delicias, quæ et maritimum æstum temperauit illa fuit maxima, quod semper exposita fuerunt optima uina, et diu noctuq. aquæ pretiosæ . . . alijsq huiusmodi conditæ, niueq. gelidæ Sarracinia deinde similia munera eidem Comitissæ obtulit. Inde breui temporis interuallo ab impro uisa procella aliquantulum perturbato itinere peruenerunt ad Vrbem Veterem, et ecce binæ Triremes Pontificiæ comparuere pretiosissimis muneribus, omnibusq. pro tempore, ac itinere necessarijs onustæ, quibus Summus Pontifex per suum Domus Præfectum Dnæ Comitissæ felicissimum iter augurabatur. Exinde prospera aura remisq. agitatæ Triremes Liuornum appulerunt. Vix è conspectu Vrbis fuerant, cum ob=

uiam processerunt binæ aliæ Triremes cum D.
Joanne Medices, qui nomine Ducis Hetruriæ sui
Fratris Regia munera, et annonam detulit. Idem
a Genuensib. præstitum est. et quoniam contrario
uento pelagus intumuerat, appulerunt Triremes
ad Oppidum Ducis Doriæ, quod a Piscibus nomen
trahit, non longe a Janua disitum. Vnde (per tri-
duum ab eodem Duce magnifice tractata) mare
tranquillo suum iter prosecuta est. Sub Solis occa-
sum ad Villam francam Nizza propinquante, coe-
pit Arx bombardæ tonitru, ac mortaliorum boatu
illius aduentum celebrare, præmiserunt binas ra-
ti... cum cereis accensis, toto æquore et tuba, et
aliis musicis Instrumentis personante. Accesse-
runt ad Regiam Triremem, et Nuncius Ducis
Sabaudiæ faustum iter nomine sui Heri precans
munera, ac annonam exhibuit. Inde Narbonen-
si Sinu spacio horarum quatuor, et uiginti supe-
rato: Portibus Cataloniæ Colibre, et de Rosas, ac
aliis transactis, ad Barcinonæ prospectum due

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

Triremes occurrunt cum nuncio a Duce Montis Leonis Prorege, et a Regni deputatis, exoratum Dnam Comitissam, ut per aliquod tempus ad eos diverteret ibi ab itinere respiratura. Annuit illa, et post quatuor dies quietis ad Triremes revertitur: quæ Tarraconensi pelago perlustrato, et portu de los Alfaques transacto, penetratoq. littore Valentino Deniam tenuerunt. ubi Comes de Lemos dæ Comitissæ filius Matrem expectabat quam in Palatium Exmæ Ducis, ac Deniæ Marchionis magnificentissimè excepit, et P. Fonseca veniam petijt ut ad suum Valentinum Monasterium non longè dissitum eum sineret abire, quò post tot itineris distractiones se colligere, et pijs exercitijs, in quibus tantum requiem, et terrestrem quandam beatitudinem experiebatur, vacare posset. Annuit illa, commendauitq. suis litteris Marchioni de Villamisar suo germano fratri, Valentiæ Proregi.

Reversus Fr. Damianus ad optatum suum mo=

Nasterium

nasterium, Cælum potius dixerim, uberes præ lætitia lacrimas effundens ante aras, in quibus corpora Beatorum Ludovici Bertrandi, et Joannis Michon honorificentissimè asservantur, in gratiarum actionem. Moderatorem, cæterosq. Fratres salutavit, a quibus benignissimè ad pacis osculum admissus, et de competenti Cella provisus, ~~ad~~ priora exercitia concionandi, ac legendi reassumpsit.

Tanta erat Dn̄i Damiano venus in pertractando, ac tanta dexteritas cum lepore coniuncta a natura indita fuerat, ut vix cum Principibus viris congrederetur, cum illorum animos sibi conciliabat et continuò fiebat familiaris. Quid hoc in dubium vocemus? Adest nuperrimum exemplum Dn̄i Francisci de Castro, ac D. Cardinalis Burghesij et tandem D. Marchionis de Villa mizar, cui redditis Sororis litteris quibus eum commendabat, suadebatq. ut eius opera, ac prudentia plurimum uteretur. Non opus fuerunt iteratæ

littere; nàm post quàm eum semel, aùt iteruùm de sororis suæ felici itinere, deq. rebus Italicis percontatus est, continuò et amare, et æstimare cœpit, eiusq. adeo consuetudine delectari, ut famulis præceperit, ne ulla hora aditus interdiceretur: rarò tamen, et ferè non nisi accersitus accedebat, dicere solitus Principes nunquam sciaci: vel negocijs peragendis, uel relaxando animo esse occupatos, et ideo molestum accidere ~~modo~~ ab altero modo, mox ab altero distrahi: eosq. igni comparabat, qui nimiùm distantes non calefacit, et nimiùm accedentes comburit. Hinc oriebatur quod cum sæpè è Monasterio accersibat. quond contentus uoluit ipsemet illius Cellam frequentare; quam animaduertens non esse satis dignam ad ipsum recipiendum, mandauit suæ Domus Præfecto, ut pro dignitate cubiculum illud ornaret. Sed cum ea ornamenta religiosam modestiam præterirent, se excusauit Fr. Damianus penes moderatorem, quod Prorex cubiculum illud sib-

paraui

parari iusserat, ut cernere fuit, nam eò se se recipiebat dum graviores litteras ad rem publicam et politicum statum, aliaq. graviora negocia spectantes exarabat, eumq. consulebat.

Et quoniam sæpe P. Fonsecam requirebat, ut aliquid a se peteret, quo aliquid utilitatis hauriret a sua familiaritate cui hæc sæpius inculcanti aliquando P. Fonseca ne tanta humanitate abuti videretur dixit: se optare Cathedram Theologiæ in celebri illa Universitate Valentina: quod tamen supra humanas vires reputabat, quia tunc omnes Cathedræ iam occupatæ erant, suosq. obtinebant Professores: Cui Prorex: impetrabo ego a Congregatione Iuratorum (ita vocantur Decemviri) ut novam Theologiæ Cathedram erigant, ac dotent, eamq. P. V. ad profitendum tradant. nec mora. convocat Decemviros, mentemq. aperit. y efficaci tanti Principis petitioni contradicere non audentes, annuerunt. fuit propterea necessarium P. Fonsecam Doctoratus laurea exornare, prout Proregis tem-

poribus

patribus, premio rigoroso examine exornatus est. nolaitq. thesibus, alijsq. Doctoratus thesibus interesse ac gymnasium sericis uestibus multo auro elaboratis exornare. Accidit in illud ferme temporis non minus arduum, quàm secretum negocium, quod Matri cum ipso Rege ac Sermo Duce, pertractandum erat, pro Ad illud pertractandum misit Prorex P. Fonsecam bene instructum, qui sua dexteritate ad optatum finem perduxit. Valentiam reuersus continuò Prorex graui morbo correptus est. fr. Damianus assiduè assistens, cognito uitæ discrimine, eum hortatus est, ut rebus tam ad animam, quàm domum spectantibus consuleret. quibus benè dispositis ex hac uita migrauit. Vacabat suæ Cathedræ lectionibus cum magno Vniuersitatis applausu fr. Damianus, quando nouus Valentiæ Prorex Marchio de Carrassena à Rege ipso, suisq. intimis Consiliarijs benè instructus, ut sensim Regnum disponeret pro Moriscorum expulsione (ita uocabantur qui à Saracenis originem trahebant)

ex

Valentiam peruenit. nec multo post ex improui-
so comparuit Augustinus Mexia huius expulsio-
nis primarius executor. simulq. Triremes omnes
Regnorum Hispaniæ subditorum in uarias partes
diuisæ maritimas oras occuparunt. et Italica
classe cum Flandrensi, et Hispanica coniuncta,
(quæ non contemnendum exercitum formarunt)
omnibusq. secretissimè, et prouidissimè dispositis,
quæ ad expulsionem necessaria existimabantur,
indicto per Præcones discessu anno 1609. vij Kal.
Octobris arcentur ab Hispania omnes Saraceni,
et ab ipsis oriundi. obseruabat diligentissimè Fr.
Damianus formam, modum, ac omnes circumstan-
tias huius exterminationis, præsensq. esse uoluit
non modo Valentiæ quando Mauri uarijs nauibus
in Africam iter coeperunt: uerum et Deniæ (quò
maior conuenerat multitudo) quando Regias Tri-
remes conscendebant, in Africanas oras traiectu-
ræ cum D. Augustino Mexia, filijsq. D. Comitis de
Benauente, qui præerant Triremibus Neapolita-

nis

nis, adfuit quando Mauri illi, qui ad montana del lagar confugerant, seseq. armis defendebant, debellati fuerunt. de omnibus, quae accidebant in dies, certiorem per literas faciebat D. Franciscum de Castro, Catholici Regis Legatum, animo quasi praesago, futurum aliquando ut ipse de hac expulsione cognoscere deberet, prout cognovit: et ex dicendis apparebit.

Per idem ferme tempus Praedicatores Fratres Valentini Conventus statuerant Romam mittere P. M.rum Ludovicum Ystellam, ut apud Sedem Apostolicam instaret pro solemni canonizatione B. Ludovici Bertrandi, Alumni illius Monasterij. Nec multo post illius adventum in Urbem ad summum honoris gradum evectus fuit Cardinalis ille Burgensis, quem P. Fonseca multis officijs sibi devinxerat. nuncius in die Corporis Xpi pervenerat, eo dum Fr. Damianus cum alijs suis fratribus expectaret signum exeundi cum processione, quando Canonici fratres, et Saeculares, qui rescieverant cum

cum

cum nouo Pontifice amicitiam contraxisse, gratu=
lantes suadebant, ut nulla interiecta mora ad Urbem
migraret: futurum haud dubiè affirmantes, ut Pon=
tifex eius servitij non immemor, ad aliquem ma=
gnum honorem extolleret. At P. Fonseca, quamquã
a Pontifice petitus, a Legato Catholici Regis Dño
Francisco de Castro sibi addictissimo exoptatus, et a
P. Mro Ystella Sacri Palatij Magistro socius no=
minatus, et expectatus qui aliquando undam Ti=
berinam hauserat: quietem Valentinam, et Cathe=
dram, quam cum dignitate, et discipulorum applau=
su colebat, cum lubrica, atq. incerta Aulæ fortuna
per annum integrum renuit commutare, donec
habitis a Dño Francisco de Castro litteris, quibus
eeum tàm diuturnæ moræ arguit, in memoriã
redigens: se esse Catholici Regis Legatum, et Pon=
tificem oblitum non esse beneficiorum, quæ Cardi=
nalis acceperat: P. Mrum Ystellam factum Pala=
tij Apostolici Magistrum, a quo socius sibi de=
stinatus fuerat. Subdens se quidem mirari, quod

occasionem hanc amplius non reuersuram prae-
termitteret. Quae literae animum P. Fonsecae ta-
liter commouerunt, ut quasi è somno expergefa-
ctus errorem suum agnosceret, et continuò itepa-
raret.

Romam petit F Damianus, ubi assumitur in socium Magistri Sacri Palatij, promoueturq; ad Magisterium. Cap.

Romam secundo petiturus P. Fonseca vale dixit Valentiæ, suisq. dilectissimis fratribus, qui illi prospera cuncta augurabantur, et breui Barcinonam peruenit, ubi triremem inuenit, cui Dux è Spinola domo Halcyoniorum dierum beneficio utens è portu soluit, et Narbonensi pelago superato Massiliæ . . . . Unde contrarijs uentis agitata triremis, ad Insulas (Eros uocantur) pulsa est. ubi per biduum a tumescentis æquoris fluctibus iactata, Fr Damianus stomacho nauseatus quicquid cibi captabat, mox euomere cogebatur. Statuit igitur cum alijs suis fratribus relicta triremi equo iter perficeret, quem ~~ascendens~~ ascensus cum concitaret ad cursum, stimulante iuuenili audacia cum equo, qui forte impegit, in terram lapsus est. tibia ab eo oppressa, ac fracta, necesse fuit eum

ac Rusticis immixtum usq; dallia Urbe ducere, ubi nullo invento Chirurgo, fabri ferrarij opera usus fuit, qui Hispani tibiam duorum aureorum pretio nihilo studiosius, quàm si iumenti fuisset, exacerbavit potius, quàm curavit. Postera autem die tùm defectu Chirurgi, tùm ne suos comites amitteret, per rupes inaccessibiles, saxa devia, salebrosum iter ad Canos usq; maritimum portum prosequendum fuit. Ibi ad nequam Cauponem divertêrunt. Accersitus est vir quidam huiusmodi fractionum non penè ignarus. Hic soluta tibia tàm inflammatam adinvenit, ut ignea videretur: ideo semichirurgus de scindenda particula aliqua agebat. Non potuit amplius Fr. Damianus se movere, ac ab hominibus ut antea fecerat trahi. Ibi igitur permanendum sibi fuit a Comitibus destitutus, qui sequenti die abierunt. Tunc memor quietis, et Valentinarum deliciarum, quas reliquerat, ingemiscere, ac lacrimari coepit, praesertim cum videret se Hispanum

inter

inter Gallos, omni humano auxilio destitutum et Valentiam suspirantem, poenituit suscepti itineris; ad diuinam opem confugit, quam ex corde implorans, ac Sanctissimam Deigenitricem, quam sui itineris Protectricem elegerat interpellans, cognouit quod non procul aderat Dominus quidam ratis vir pius, ac religiosus, cui accersito suum fatum aperuit, enixeq. precatus est, ut suo consilio, auxilioq. sibi praesto esse ne grauaretur. Ille se, rateMq. suam, ac socios ad nutum sui Damiani promptos exhibuit, veheret quo mallet. Iste uoluisset Genuam petere, ubi magnifica sui Ordinis Monasteria, multiq. aderant Viri nobiles sibi familiares, qui de sua sanitate sollicit fuissent neque doctos Chirurgos desiderasset a quibus breui foret curandus. Re ad Medicum delata renuit, affirmans, quod male affecta tibia tam longum iter non pateretur. Conclusum fuit ut conducta nauicula ad Villam francam Nicaeae ueheretur. Nautarum humeris sublatus, et

in lectulum quendam utcunq. stratum proie-
ctus post biduum pelago se dederunt. infra eun-
dem temporis portum subiuit, et exinde a nautis
ad Prædicatorum Monasterium comportatus est,
ubi per quindecim dies, quoniam tibia ualde intu-
muerat, sibi morandum fuit quo tempore non me-
diocre beneficium expertus iterum conducta alia
Nauicula, Ianuam appulit. inuenitq; ad litus ex-
positus sellam gestatoriam Spinolæ Ducis illius
Triremis, a qua ad Insulam Cros uectus fuerat
Qui Spinola certior factus de illius infortunio, eum
in ædibus D. Dominici expectabat, cubiculumq.
parari iussit omnibus necessarijs prouidens. tres
ibi hebdomadas mansit Fr. Damianus, et deinde
Scapham ascendens Lericum peruenit. Inde
conducto equo Senas se contulit, et Senis curru
uectus Florentiam. Cum autem aduerteret duos
Sæculares, qui eodem curru uehebantur, de Catho-
lica Religione inter se se nimis irreuerenter
colloqui, excanduit, minatusq. est, statim atq.

Florentia

Florentiam pervenisset, eos ad S.mae Inquisitionis officium delaturum. Cui ferunt illi. et quid ad nos (addidere) ad istud defers officium? nos Dei gratia Hebrei sumus. Totus ad hanc vocem contremuit Fr. Damianus nuperrimè è Religiosa Hispania profectus, in qua non datur hosce viros versari: ignorabatq; posse illos per Italiam absq; solito signo discurrere: et molestissimum accidit tales viros sui itineris comites sortitum fuisse questusq; cum Auriga est, quod non monuisset de conditione illius gentis antequàm currum ascenderet. Sed quoniam nullum suppeterat remedium satius esse duxit illos demulcere, ac ad veritatis semitam perducere. Coepit Fr. Damianus Sanctos Veteris Testamenti Patriarchas Abraham Isaac, et Jacob laudibus in Coelum tollere, annuentibus Hebreis, pleraq; in eorundem Patriarcharum encomium pronunciantibus, altero praesertim, qui erat Rabinus. Ubi nam! ait Fr. Damianus reperiuntur Patriarchae isti? In aede

illi respondent, idest in Paradiso. In Terrestri addit Fr. Damianus, an in Cœlesti. In hoc (subdit Rabinus) de illo etenim merito et uos dubitatis, an hodie supersit, an diluuio destructus. Conuersus tunc Fr. Damianus ad tres alios Catholicos viros, ecce, inquit, nobiscum sentiunt Hebræi isti de Sanctis Patriarchis Abraham, Isaac, et Jacob, dum credunt eos esse in Cœlesti Angelorum Societate. Ita esse applauserunt omnes. Deinde de Messia incidit sermo, quem cito uenturum putabant, impatienter expectantes. Quid autem de vestro Messia sentitis (ait Fr. Damianus) est ne Israel Redempturus? erit ne Dominus Cœli, et Terræ? habebit Paradisi claues? Tunc multa cum eruditione cœpit Rabinus adducere, ac exponere Scripturas, quæ hæc omnia de futuro Messia prædicabant, et signanter exposuit illud Esaiæ cap. 22 et dabo clauem Domus David super humerum eius, & aperiet, & non erit qui claudat: claudet, & non erit qui aperiat. in signum etenim, quod ipse so-

lus futurus esset Dominus Paradisi, uocabatur clauis Dauid, ex cuius nimirum progenie descensurus erat, qui solus sua absoluta potentia aperire, et claudere Portas Cæli debebat, iuxta suum Diuinum beneplacitum. Placuit P.ri fonsecæ hæc Rabini confessio, quam iterum audire uoluit, testesq. omnes præsentes talis confessionis appellauit. quibus iterum acceptis fr. Damianus, uehementi spiritu agitatus, sic argumento ad hominem in Hebræos insurrexit. Abraham, Isaac, et Iacob S.mi Patriarchæ in cælo modo reperiuntur in societate Angelorum, ut nuper non semel fassi estis; sed non potuerunt ingredi, nisi Cæli portæ reseratæ fuissent ergo iam Cæli portæ reseratæ sunt; sed per uos itidem nemo potest Cæli portas aperire, nisi Messias, qui propterea ex doctrina uestra clauis Dauid appellatur, quæ aperit, et nemo claudit: claudit, et nemo aperit: ergò iam Messias uenit, et aperuit portas cælorum. Inexpectato ictu percussi Hebrei, alter alterum increpabat, eò quod Idiotæ cum Doctore

disputare vellent. Hinc arrepta occasione eorum cecitatem, animiq. pertinaciam amouere conatus fuit, suadens ut secum ad Vrbem se conferrent spondens quoque, quod Catholici Regis Legatus eos honorificè tractaret, ac sacro Baptismatis fonti interesset. Illi recusarunt non tantum ne damnarent propriam religionem, Xpianam profitendo, quantum, ne bonis, quibus Venetijs abundabant, spoliarentur à Xpianis eo titulo, quod usura parta fuissent. His, ac alijs huiuscemodi sermonibus à molestia itineris aliquantulum subleuati ad pulchra Florentiam peruenerunt, ex qua conducta lectica flagrans desiderio uidendi suum D. Franciscum de Castro, nulla mora ad Vrbem properauit, et recta ad eundem suum Dominum duxerit, qui ut uidit, en ait, iam secundò Ex.V. me in Italia traxit; sed tam serò, addidit ille, ut iam de aduentu P.V. desperarem. et continuò de more ruens in amplexus, audito tam longo itinere, incommodis, et infortunijs, iussit eum in Palatio manere

et

et, P.ri Ysselle Sacri Palatij Magistro nunciari, ad uentasse iam Rend. Damianum, qui statim ad eum accedens uolebat secum in suo Curru ad Vaticanum ducere; sed contradixit Legatus, uoluitq; ut per tres aut quatuor dies domi suæ maneret, donec eum ad Pontificem introduxisset, et tunc futurum fuis se ut ad eum se reciperet. Diē ergo Saturni Hi- spanus Legatus secum duxit P. Fonsecam ad Pon- tificem summum qui ut primum eum aspexit uultu hilari, oreq; moderato, subridens, ad Legatum conuersus, ait: Non ne iste est P. Fonseca? ipse est Beat.me Pater, respondit Legatus, quem S.tas V.ra singulari sua beneuolentia, dum fuit Cardina- lis amplexatus est, beneficijs cumulauit, et Nea- poli penes meum Patrem, Agentem constituit. Tunc Pontifex Oratori ad aurem, ac si secretò loqueretur, dixit: est eminens Theologus. in hu- ius rei confirmationem multa addidit Orator suarum disputationum testis oculatus. quem in- terrupit Pontifex, dicens: oportet eum in aliquo

munere occupare. Egregiam plane (iniunxit Orator) ad praesens occasionem habebit laborandi in Palatio S.tis V.rae, nam eius Magister in suum socium elegit. O factum bene addidit Pontifex Dicemus Magistro Sacri Palatij quam opportunam, nobisq. gratam fecerit electionem. manebit itaq. nobiscum V. R. et ad nos saepe ueniet. Tum P. Fonseca, qui hactenus nec uerbum protulerat, cum plenus esset sermonibus toto discursu huius itineris bene trutinatis, ait: immortales Deo ago gratias, quod inuenerim Sanctitatem Vestram incolumem, ad cuius conspectum omnia infortunia infausti mei itineris mente ceciderunt. Et osculatis pedibus, acceptaq. benedictione exierunt. occurrit interim Magister Sacri Palatij qui P. Fonsecam suum socium duxit ad Domicilium situm in ea parte Palatij, quam uocant Beluedere, ac commodissimam, pulcherrimamq. habitationem assignauit. Ad primam fenestrarum apertionem illico oculis sese obiecerunt horti illi amoenissimi

malis

malis medicis arte dispositis repleti, quæ per hiemale illud temporis suos flores emittere incipiebant, totumq. Palatium odore perfundebant, varijs, pulcherrimisq. alabastrinis fontibus perpetuò manantibus irrigati. Deinde ductus ad aliam Domicilij partem, septingemini colles suauissimè obtutum terminabant et si tantisper ocellos demittebat alij aquarum impetus in varios fontes (fluuios potius dixeris) diuisi, aciē non mediocriter recreabant. Ad aliud latus accedentes, occurrerunt obtutui pulcherrima viridaria, Pontificijs insignibus, fictisq. ex mirto animalibus, alijsq. herbis benè olentibus, ~~[illegible]~~ ornata, quæ venustæ statuæ, ac multiplices fontes commendabant. Hinc P. Fonseca immemor laborum, et discriminum, quæ in ante acto itinere subierat, præ lætitia lacrimas effundens, dicebat: Dulcia non meruit qui non gustauit amara.

Erat tunc Neapoli P. Galaminus Magister Ordinis, apud quem instabat Aragoniensis Prouincia, ut inter alios ad gradum magisterij promoueret P.

Fonsecam tunc praesentatum, qui sui aduentus occa:
sionem nactus, praeuio rigoroso examine (prout
mos est) per litteras eum Magistri gradu ornauit.
Assignantur ergo puncta Theologica, praescribitur
dies, qua et examen subiturus erat, et laureandus
in Aula mri Sacri Palatij ab eodem Magistro.
Voluit Dnus Orator et interesse disputationi, et
argumentari, ut aliàs fecerat in generalibus Comi:
tijs. Absoluta disputatione Fr. Damianus a Magistro
Sacri Palatij uice Generalis Magisterij laurea insi-
gnitus est. Hinc suo munere fungi coepit: exami:
nare, approbare, reprobare libros typis mandandos
eligere Doctores, qui in Sacello Pontificio orationes
haberent ad Pontificem: eas diligenter considerare
corrigere: tribuere facultatem extrahendi, et intro=
ducendi libros prohibitos, retinendi, ac legendi.
Theologica laurea insigniri exoptantes, examina=
re, et pro Magistro Sacri Palatij Sapientiae Can-
cellarij insignire: vrgentia negocia, quae dilatio=
nem non patiebantur singulis Dominicis diebus

quando

Quando Magister alijs distentus erat negocijs ad S.mum deferre: Litterarum uolumina a tabellarijs allata recognoscere, ne quid minus licitum inter litteras introduceretur. et aliquando libellum anonimum in partibus Haereticorum excusum, legerit in Pontificem, eiusq. Nepotem Cardinalem Burghesium qui inscriptus erat Supplicatio ad Imperatorem de concilio uniuersali congregando aduersus Paulum Papam V. quem legit, mirisq. mendacijs, et malignitatibus refertum reperit. eundem ad Pontificem detulit, qui toto perlecto, postera die accersiuit frem Damianum, cui dixit: Quanta mendacia profert nebulo iste, praesertim de thesauris Ecclesiae Nepoti nostro collatis. At quid faciendum de libello isto! Genium Pontificis optimè fr. Damianus exploratum habebat, qui, cum de re dubia Ministros consulebat, non unum ab ijs arbitrium proponi uolebat. Propositis duobus, uel tribus, petijt iterum quod nam esset optimum. exinde absq. aliquo strepitu negocia transigi uolebat ita ut

aliquando Pasquinus ~~foemineis~~ muliebribus soccules indutus fuerit, apposita inscriptione Sua Santitas non uult fieri rumorem. Tria ergo consilia proposuit Fr. Damianus Pontifici. Primum ut in libellum pro ueritate rescriberetur, quò mendacia palàm fierent; uel quod examinatus a Sacra Iudicis Congregatione, edicto publico uetaretur: vel tandem, quod secretissimè in tota Vrbe, Orbeq. omnia quaecunq. haberi possent exemplaria, colligerentur absq. rumore, ac si oporteret emerentur ab Episcopis, et Inquisitoribus, ignig. traderentur. Ex his autem subdidit Pontifex (quodnam praefert R. V.? Vltimum eligerem, respondit P. Fonseca. Primum namq. rem ignotam palàm facit, et mordace dicacitati exponit S. V. Secundum: desiderium non mediocre facit illum appetendi, ac legendi: tum quia haereditario Protoparentum nostrorum Iure semper uetita appetimus, praesertim (ut experientia docuit) in librorum lectione: tum etiam, quia speciosus libelli titulus excitat curiositatem; inquirit quisq.

prohibitionis causam, suadetq. magna continere
Vltimum vero rem totam breui temporis spatio
perpetuæ tradit obliuioni: quod quærendum est. Ap:
probauit Pontifex totum discursum P. Fonsecæ
ultimumq. consilium approbauit, ac executioni com:
mitti ordinauit.

P. Fonseca librum de iusta expulsione Moriscorum ab Hispania in lucem edit, & disputationi theologicæ in Cap̄lo gn̄ali præsidet. Cap.

Fuerant per idem temporis omnes Mauri, ac ab ijs genus trahentes ab Hispania exterminati: quod consilium capere Italia non poterat. Hispanos laceráre: querelas in Regem, " Ministros in Cælum extollere: alij crudelitatis Hispanos arguere, qui poenam, capitali æqualem tot hominum centenis millibus inflixerant absq. ullo processu, culpa non liquidata; sed parte inscia, et inaudita: alij immanitatem exaggerare Herodiana maiorem, qui Hebræorum pueros cuiuscunq. ætatis, et condicionis occidi mandarat. multi ferebant saltem innocentes paruulos, qui nullum crimen committere potuerant iniquè damnatos fuisse, et contra omne Jus Diuinum, et humanum ad Infidelium oras relegatos, ubi certissimum erat quod mahometanis legibus uiuerent qui L. inter Xpianos mansissent, uerisimiliter

Xpianam

Xianam fidem professuros; si a Parentibus separati fuissent. Pleriq. hanc actionem propterea damnabant, quod Hispaniæ Rex falcem misissent (ut aiunt) in messem alienam: et Mauros punijssent de Apostasiæ crimine, quod ad solum Pontificem pertinebat. neque defuerunt qui dixerint: Mauros non fuisse expulsos ob Religionis zelum, sed ut omnibus eorum bonis, auroq. et argento expoliarentur. His, et alijs huiusce modi querelis Urbem, ac omnem Italiam implentes, nomen Hispanum Italis aliàs exosum multò detestabilius reddebant ita ut iam uix in publicum exire auderent.

Meminit interea Orator Catholicus litterarum quæ ex P. Fonseca redditæ fuerant de Maurorum expulsione, cui ipse interfuerat. eum ergo accersitum postulauit an posset, seu potiùs uellet edere librum de iusta Maurorum expulsione ab Hispania ~~affirmans sibi~~ rem gratissimam, et sibi, et Regi facturum. Annuit P. Fonseca, impetratis ab illo scripturis omnibus, litteris Regijs, et consultatio-

nibus

tibus ad hanc materiem spectantibus, quas in sua Secretaria servabat una cum ijs (erãt gravissimæ erant) quas P. Quesada de eodem subiecto in unũ collegerat, qui missus fuerat ad Urbem, ut apud Sedem Apostolicam de Cathedresi huius Stationis ageret. Confecto ex omnibus scripturis ad rem facientibus fasciculo, deductisq. exemplaribus plurimorum Brevium, ac Bullarum Apostolicarum ex Archivio Apostolico, quæ ad rem facere videbantur, totum in hunc finem se colligens, post mensem totũ opus perfecit, divisitq. in libros quinque: in quorũ primo ostendit tantum insudasse Reges Aragonũ, et Hispaniæ a Sede Apostolica instigatos, tùm ante baptismum horum maurorum: tùm tempore baptismi, tùm quoque post baptismum, ut relictis Mahomettanis erroribus Xpianam vitam ducerent, ut merito ad instar Evangelici Agricolæ dicere possint: quid ultra potui facere vineæ meæ, et nõ feci ei? et nihilominus dum expectarem, ut faceret uvas fecit labruscas; de quibus fusè agit in

duobus

duobus sequentibus libris, in quibus conuincuntur
de crimine læsæ maiestatis Diuinæ, et humanæ,
cuius causa Rex Catholicus illos ab Hispania ex-
terminauerat, historico genere cunctis relatis in quarto li-
bro. Tandem in ultimo, quia multæ, et grauissimæ
difficultates exortæ fuerant circa iustificationem
huius expulsionis, illas omnes refert cum alijs, quæ
Authori huius operis occurrerunt, quibus maiores
vires, et robur addit, omnibus plenè satisfacit.
Integrum ergo opus iam perfectum Oratori legen-
dum, atq. corrigendum tradidit, cui summoperè pla-
cuit, et quam primum imprimi iussit. Sed P. Fon-
seca, qui domesticus erat Pontificis, subodoratusq.
fuerat illum ægrè tulisse hanc maurorum expul-
sionem ab Hispania, ipso inscio, presertim quia
hæc materies spectabat ad Religionem, cuius vo-
luit Pontificem facere certiorem, et ab eo consensu
obtinere. Ille præcepit, ne tale opus in lucem ede-
ret, tum quia Hispaniæ Rex in re ad Religio-
nem pertinente, ipso inconsulto processerat. tum

quia in hac historia miscebantur multa Prin=
cipum secreta tam Gallorum, quàm Italorum; quæ
nullo modo suscitare expediebat. Tunc P. Fonseca
bona uenia a Pontifice obtenta, partes Regis ui=
riliter promouit, affirmans causam hanc esse
mixti fori, propterea quod Mauri illi non solum
apostataverant a Religione, et per consequens inci=
derant in crimen lesæ Maiestatis Diuinæ; sed
Regis erant proditores, ob quam causam commise=
rant quoque crimen lesæ humanæ maiestatis. Qua=
propter ab utroq. brachio tàm spirituali, quàm tem=
porali iudicari poterant, prout se latius expositurum
S.mo in quadam scriptura pollicitus fuit: neq. prop=
terea miraretur S.tas Sua, si Rex summum silen=
tium in hac re custodiuit, eius enim erat condi=
tionis, ut si ab aliquo seu Mauro, seu nobili Va=
lentino, aliove quidquam penetratum esset, suum
finem sin minus consequi, certe difficile consequi
potuisset. Et uerendum quidem erat, ne resciretur,
si illud aliquando litteris aut Nuncio, uel Oratori,

uel

uel etiam ciphræ, (ut uocant) Secretarijs concredidisset. Illud etiam Pontificem scire uoluit, se tam caute processisse in eiusdem Operis compositione, ut præter Reos nec auiculam unam per aerem uolitantem offenderit (phrasis, qua sæpe Pontifex utebatur, tanquam uere Rex pacificus, dum suos Ministros moneret, ne auiculæ uni uolitanti nocerent) pleraq. alia una uoce addens ad demulcendum Pontificem, qui ea omnia ab ore Fris Damiani audire passus est, quæ ab Oratore audire noluerat. Epistola ergo composita, euidentibus rationibus grauissimorum Theologorum corroborata, Pontifici oblata est; in qua, cum per manus omnium præcipuorum Theologorum, ac utriusq. Iuris peritorum transmissa esset nihil reprehensione dignum obseruatum. Post hæc Pontifex mandauit, ut integrum opus examinandum, approbandumq. traderet Cardinali Millino: qui libro recognito nonnulla dubia proposuit: quibus cum egregie a Fre Damiano satis fuisset factum totum

genus approbauit, quod typis mandauit, dicauitq.
D. Francisco de Castro, quod deinde impressum ipsi
Pontifici præsentauit, Ille percurrere libellum non
grauatus, hoc oraculum in eius laudem protulit.
Fr. Damianus lapidem tulit offensionis inter nos, et
Hispaniæ Regem. Deinde Orator inter Cardina-
les, ac alios Curiæ Prælatos librum distribuit
Post unam, seu alteram diem tota flamma, quæ
Hispaniam comburere uidebatur extincta est;
et qui prius hanc uti crudelem, tyrannicam, ra-
pacem, impiam, ac imprudentem condemnabant,
postea suauem generosam, religiosam, ac pruden-
tem prædicabant. multi Italiæ Principes suis lit-
teris, muneribusq. authori de admirabili stylo gra-
tulabantur. Ipse quoque Hispaniæ Rex suis lit-
teris testatus est sibi magnæ curæ fuisse, annuaq.
centum ducatorum pensione Authorem munera-
tus est.

Vacauerat tunc Canonicatus quidam in Ecclesia
Cathedrali Valentina, quem Sacri Palatij Magi-

ster

stet pro suo Nepote postulauerat a Pontifice: et quoniam audiuerat eum esse nimis iuuenem, uo=luit Sacri Palatij Magister, quod illum P. Fonse=ca ad Pontificem introduceret, quem ut Ponti=fex uidit, interrogauit P. Fonsecam de ætate Iuue=nis: respondente hoc anno habere unum supra uigesimum, addidit Pontifex completum? Ad quæ P. Fonseca cæptus pro completo habetur. Non sic, iniunxit Pontifex; sed uigesimus primus completus, et inceptus uigesimus secundus pro com=pletis uiginti duobus computantur. Tunc Fr. Damia=nus: libenter Sacri Palatij Magister ex annis sex=tuaginta, quorum pleroq. in huius S. Sedis ser=uitium consumpsit, anni dimidium huic suo Ne=poti accommodabit, cum quo propterea poterit S. V. benignitas de hoc parvo tempore dispensare. Subdidit Pontifex: Nolumus hanc portam aperire. Tunc ille: Porta hæc Beat.me P.r iamdudum aper=ta fuit: dispensauit namq. S. V. aliud simile Canonicatum cuidam Adolescentulo annum quin=

tum

tum supra uigesimum uix attingenti, filio ni=
mirum Joannis Viues, pro Rege Hispano apud
Rempublicam Genuensem Legati. Regum Lega-
ti (inquit Pontifex) gaudent priuilegio. Pater au=
tem Fonseca (cui durum uidebatur absq: petita gra=
tia discedere) ultimò addidit: verum est, quod
Hieronymus Ystella (ita uocabatur Adolescen=
tulus) non est filius alicuius Regij Oratoris; sed
nepos Magistri Sacri Palatij, cui Genuensis Ora=
tor praeferendus non est. Conuersus tunc ad Iuue=
nem Pontifex, et manu illius barbam tangens,
P. Fonsecae dixit: nonne V. R. uidet, quod nec
unum habet pilum. Tunc Adolescentulus, qui il=
laesusq: tacuerat, respondit: non ex defectu aetatis
B.me Pr, sed quia omnes mei huius naturae sunt,
et condicionis, quod satis tardè barbam emittunt.
Pontifex, qui benignissimè, et sine nausea totum
sermonem sustinuit in risum immoderatum pro=
rumpens, ei benedixit, simulq: Canonicum Va-
lentinum instituit.

Imitabant

Instabant tunc temporis generalia Ordinis Praedicatorum Comitia, pro electione novi Magistri, quando Pontifex motu proprio Sacri Palatij Magistro nunciavit, se velle eum ad tale munus promovere: ac propterea se pararet ad illud subeundum, animo tamen non adeundi statim in Hispaniam, uti fecerant alij magistri: quod ille maxima cum humilitate, et gratiarum actione accepit, et Pri Fonsecae communicavit, ac deinde ipse Fonseca Hispano Oratori, qui hoc nuncio non mediocriter gavisus, promisit se hac de re in proxima Pontificis audientia verba facturum: qua a Pontifice confirmata, accersivit vocales omnes Hispaniae Regis ditioni subiectos, qui ad Comitia accesserant, eosq. proprio nomine rogavit, ac Regio imposuit, ut Ordinis Magistrum natione Hispanum eligerent, reticendo nomen illius, quem statuerat primo loco nominare (erat autem ille P. M. Submaior, Provinciae Hispanae Diffinitor qui modo accepit Confessiones Regis, ac Princi-

sum) è contra uerò Cardinalis Salaminus, qui ab Ordinis Magisterio ad purpuram fuerat euectus et Comitijs praeerat, in uotis habebat P. M. Brixium olim eius socium, Prouincialemq. Terrae Sanctae successorem subrogare, uehementem Oratoris Hispaniae negociationem pro occasione accipiens, Pontificem adijt, et de Oratore grauiter questus est, quod alienam a suo munere prouinciam sibi assumeret. Pontificis mentem ab Hispania alienauit, a quo interrogatus qui nam in Ordine digniores essent hoc munere? fertur Salaminus inter alios mediocris condicionis uiros Mrum Brixium primo loco nominasse, nulla facta mentione de P. M. Seraphino Sicco Ordinis Vicario, ut sic collatis deinde illorum meritis inter se, P. Brixius caeteris omnibus praeemineret: quia tamen haec eius uoluntas satis superq. a Patribus penetrata fuerat: propterea omnes ictus eò collimabant, ut eum excluderent. Pontifex igitur optimè informatus de illius qualitatibus, ~~[illegible]~~

Opum.

ex proponendi serie, Cardinalem Pallaminum præ-
ferre cæteris P. Brixium: ideircò mutato inter-
rogandi stylo, quis nimirum inter illos esset dignis-
simus, subdidit; sed cur Oratio uria de Ordinis
Vicario nec uerbum facit, qui de S.mo inquisitionis
officio optimè meritus est? Ad quæ uerba illi-
cò Cardinalis, qui erat Curialis egregius, sed spiri-
tualis, tanquàm è somno experge factus respon-
dit: iste quoq. inclytus Pater inter cæteros me-
ritò annumerandus est. Hunc ergo (subiunxit
Pontifex) in Magistrum Ordinis dirigat nomine
tamen suo, et Dominicanæ familiæ nostri nul-
lam faciat mentionem. Reuersus ad Domini-
canas ædes Cardinalis, exasperatus eò quod ani-
mum suum absq. aliquo fructu detexisset, uoca-
les omnes, aliosq. fratres ad sonum Campanulæ
conuocat, et acerrimè Hispanos præsertim in-
crepat, quod secreta, et præcipua Ordinis nego-
cia ad sæculares uiros deferant, et per eos sum-
mos honores ambiant, pœnasq., ac censuras pon-

tificias fulminat in eos, qui per homines extra Or-
dinis obedientiam constitutos, cuiuscunq. sint sta-
tus, atq. condicionis honores procurant. Res de-
fertur ad Oratorem de Pontificis mutatione
ignarum, qui Cardinalem aduersum suspicans, il-
lum adijt animo demulcendi, trahendiq. in suam
sententiam. verum non nisi generalia uerba ex-
torquere potuit; sed ab Oratore coactus ut mentem
aperiret, redarguere eum coepit, quod alienam
gereres personam, et in res a suo munere di-
uersas sese intruderes. Ad hac excandescens
Orator asperioribus uerbis, et minis in Cardinale
insultauit, subdens ad Regem Catholicum, quem
ipse repraesentabat, spectare ex officio Domi-
nicanam familiam protegere, eidemq. optimum
Pastorem procurare, utpotè qui solus sub suo
imperio plures Dominicanos haberet, quam cae-
teri simul Xpiani Orbis Principes: verum enim uerò
plurimum referre S. Ill.mae Dnationem, nec
dum condicionem suam nosse; atq. adhuc olere

(ut vocant) refectorium. Curiae Cardinalis furens pileum conspiciens, Crederem, inquit, pileum hunc vel levem occasionem mihi praebiturum, ut quid minus dignum peragerem, iam iam illum flammis comburendum traderem, maluitq. (an prudenter, an imprudenter, aliorum sit iudicium) sibi viam ad Pontificatum occludere cum magno ambientium gaudio (sicut bis rei probavit eventus) quam quidquam suo iudicio indignum operari. Non defuerunt qui dixerint hoc stratagemma contextum fuisse ab ambientibus Pontificatum, Cardinalis Gallaminij praeterea inimicis, ut sic per Hispanorum exclusionem a Pontificatu arceret. Ob eandem causam evectus ad Purpuram ferebatur Desiderius Scaglia Lombardus in minoribus, factionis oppositae Cardinali de Araceli, qui Romandiolus erat, quo nimium illius Pontificatui se opponeret: neq. hoc esse praeter intentionem Pontificis, qui in promotione Scagliae, de Car-

dinali de Ara Cœli, loquendo cum Cardinali Millino dexteros digitos mouens contra sinistros, dixerat: Alt at per contra: neq. eos opinio fefellit, semper enim in duobus nimirum Conclauibus Cardinalis Scaglia totis suis uiribus exclusionem fecit Cardinali de Ara Cœli. Ad Comitia reuertamur. Cum enim in æternæ Sapientiæ libro, electio in personam Vicarij generalis descripta esset, et a uocalibus publicata: Hispani, qui P.ri Ystellæ propria suffragia deuouerant, consuluerunt eius socium P. Fonsecam quid sibi agendum? Ille respondit: sequi eos debere Oratoris uoluntatem qui Vicarium generalem excludere uoluisset: facere tamen exclusionem non potuerunt. Fuit igitur electus ~~in~~ magister Ordinis generalis fr. Seraphinus Siccus Papiensis tunc Ordinis Vicarius cui P. Fonseca dum gratularetur de nouo munere seq. excusaret, quod pro P. Ystella decertasset: respondit: ipsum non potuisse aliter se gerere; siquidem erat socius P. Ystellæ: se quoq. idem operatum fuisse

hiet

licet peperam pro P.re Mirandula, dum esset eius socius contra Xaverium, qui ad magisterium Ordinis assumptus fuit.

His sic transactis consequenti die Dominico, publicis thesibus initium datum est: convenerant enim ex universis Europæ Provincijs insignes Doctores ad disputandum, inter quos quartus ordine litteraria inijt pugnam egregius Lector Valentinus Fr. Marcus Serra Valentinus pro Aragoniensi Provincia, fre Damiano Fonseca Præside, quos ad duellum de Auxilijs gratiæ Dei provocaverat illustris quidam Theologus, nomine Franciscus Diotallevius, vir quidem doctissimus, qui de hac materia eruditissima opuscula in lucem ediderat. Quare ad hanc disputationem convenerant multi purpurati Principes, Præsules, ac omnes eminentiores Theologi: cumq. D. Diotallevius efficaciter argumentaretur contra gratiæ divinæ effectivam efficaciam, conareturq. ostendere motionem illam efficacem, qua voluntas ad operandum prædeterminatur, tollere libertatem, sic arguendo

si quis esset fortissima catena ferrea ligatus, nõ
maneret liber ad se mouendum; sed motio illa Di=
uina non minus; imò multò magis ligat uolunta=
tem humanam, quàm quælibet catena ferrea ho=
minem ligaret; ergò tollit libertatem. Cui argu=
mentationi postquàm disputans abundè satisfe=
cit, addidit P. Fonseca: Domine mi. maxima;
imò infinita est differentia inter catenam fer=
ream, et motionem diuinam: catena enim fer=
rea metallum quoddam est: cæterùm motio illa
est ipsemet Deus. fecerat Vra Dñatio, quòd illa
catena in Deum transformaretur, et ego concedam,
quòd etsi liget uoluntatem; non tamen illam co=
git; sed liberam relinquit: tanta enim est illius
efficacitas; ut non solùm ad substantiam actionis;
sed et ad modum liberum illius efficaciter concur=
rat: ipse enim solus est, qui tali glutine conne=
ctit, tali moderamine temperat, tali denique ef=
ficacia attingit fortiter, disponitq. suauiter, nostram
Voluntatem: ut neq. Diuinæ suæ gratiæ efficacia

nostræ

nostræ libertatis arbitrium consumat; neq. nostræ libertatis arbitrium eiusdem Divinæ gratiæ efficaciam diminuat. Quæ solutio cum summo totius theatri applausu celebrata, et proclamata fuit, totaq. disputatio gloriosa.

Discedit ex hac vita P. Magister Sacri Palatij. Remunerat Pontifex P. Fonsecam, quem Gnalis Magister in Poloniam destinat. cap.

Non erat ociosus amor, quo Orator P. Fonsecam prosequebatur. Iam a Pontifice, et Cardinali Burghesio nepote obtinuerat Sacri Palatij Magisterium pro P. Fonseca quum primum uacasset. Quapropter apud Catholicam Maiestatem assidue instabat, ut Sacri Palatij Magistro Episcopatum aliquem Hispaniæ conferret. Rem stabiliuerat, et solum uacatio expectabatur, quando Pontifex, et Cardinalis Burghesius de Oratore conqueri coeperunt ob arctissimam amicitiam, quam cum Cardinali Aldobrandino contraxerat, utri infenso eorum hoste. In dies Zelotypia augebatur, eò quòd Pater quidam è Societate Jesu nomine Suala, cuius industria Cardinalis Aldobrandinus in suis negocijs pertractandis utebatur, magnam diei partem in secretis colloquijs contere-

rent

rent ita ut in domo Oratoris circumferretur el Pre Siuala aun Siuala. de quo Palatini non bene sentiebant, et non semel ab ore Pontificis hæc uerba audita fuerunt. Burghesiana Domus maiorem hostem non habet Francisco de Castro, prout P. Fonseca ipsi Oratori retulit, eum enixè orans propter proprium quoq. commodum, ut hunc scandali lapidem è medio tolleret. nullum pondus habuerunt suasiones, nullum preces, apud eundem Franciscum, qui semper asseruit: dedecere Oratorem Hispani Regis ab alicuius aspectu terreri. Ob hanc causam Pontifex cum Cardinali Burghesio Regem Catholicum uehementer urgebat, ut Franciscum de Castro ab Vrbe amoueret, aliumq. Oratorem subrogaret. ad quod ut magis compellerent, data opera, grauissimorum Hispaniæ negociorum expeditionem protrahebant; et si quid in Regis gratiam efficiebant, illud idem Oratori denegabant; quo inscio deinde Regem monebant per lr̃as ad Nuncium directas ita ut Rex

eodem tempore et aliquid denegatum, et concessum acciperet. Aderat tunc in Vrbe Cardinalis Zapata, qui quanquàm se amicissimum Oratori simularet, ut tamen Palatinis morem gereret, per quandam suam Cognatam, Comitissam Barraiam, Regi, ac Reginæ in paucis caram, Burghesianas partes in Oratorem instantissimè promouebat. Cumq. aliquando Comitissa de Castro Francisci Vxor uellet ad Vrbem, et inde ad Lauretanam Domum pietatis ergo se conferre, Cardinalis Zapata omnem reuoluit lapidem, ut se comitem acciperet, ei famulaturus, atq. è brachio ductrurus. Dum post epulas deambularent, confabulantes, ecce comparet ex Hispania Tabellarius, et utriq. litteras reddit: Oratori quidem à Comitissa de Lemos, tunc Reginæ cubiculorum Præfecta, quibus monebatur, de eo, quod Cardinalis Zapata in eum molitus fuerat minimum quod iam à Rege impetrauerat cum Palatinis, ut è Romana Curia reuocatus, Prorex Valentiam mitteretur: Subdidit

se

se Regio Secreto viriliter opposuisse: et Cardi-
nali a Comitissa Barraia, quibus nunciabat
quaecunque ad Pontificis, ac ipsius petitionem
obtinuerat. Uterque lectis suis litteris, et in si-
num repositis absque ulla perturbatione de ge-
neralibus Hispaniae rebus occasione literarum
sermonem introduxit: effectus sane siberniae
undae, quam Romae hauserant. Sed ad rem
nostram.

Haec Oratoris cum Burghesianis inimicitia in
causa fuit ut tractatus de Magisterio Sacri
Palatij pro P. Fonseca evanuerit, sicut ipse exp-
ertus probavit: per illud namque temporis quaedam
aeris intemperies, corruptionem melius dixerim
Leoninam regionem, et Vaticanum ita preme-
bat, ut contagio videretur. Voluit Sacri Pala-
tij Magister cum sua familia per aestivum il-
lud tempus in Vaticano manere, quo absente
Curia, quae se contulerat ad Palatium in monte
Quirinali, illius amoenitati, ac delicijs vacaret

sed ab infecto aere omnib. simul oppressis opus fuit Vaticanum deserere: Ystella quidem ad Minervales ædes se contulit, ubi maligna febri per viscera indies serpente, suscepto viatico post dies XII desideratus est: P. Fonseca autem ad Dominum suum Fran.^{cum} de Castro divertit. Ubi tanto studio, et diligentia curatus est, vel ipso Francisco assistente, ac si illemet ægrotaret. morbus lethalis erat, quo non modo Sacri Palatij Magister, ac alius eius socius Mr. Pallavicinus; sed socius Secretarij Cong.^{nis} Indicis et duo eiusdem magistri famuli extincti fuerant cæteri adhuc valetudine laborabant. non expectavit fr. Damianus, ut a Medico, seu Confessario sibi mors intimaretur; sed cum adhuc viribus constaret, viaticum postulavit: quod extra lectum suo habitu indutus suscepit flexis genibus. Ac in animum suum inducens lethalem esse morbum, Medico (qui semper aderat) dixit: tibi meum corpus committo: ego nihil de valetudine, sed de anima sollicitus ero, Magistrumq. Sorrentem

Collegij

Collegij Mineruæ Regentem semper apud se habens sua omnia illi concredidit, sæpe suos errores confitendo. identidem S. Augustini Soliloquia repetebat: in iaculatorios actus sæpè prorumpebat ex quibus ad contritiones actus eliciendos cum ijs circunstantijs, quæ ad ueram contritionem sunt necessariæ, prout Theologiam docuerat, animum penitus conuerterat. Sæpius tot rationes, et expetendæ mortis argumenta congessit, ut sibi nò modo ingratum non esset audire à Medico, et circunstantibus lethalem esse morbum; imò Dauidis psalmum decantabat. Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in Domum Domini ibimus. sicq. à fluxis mundi rebus animum suũ abdicauerat, ita ut merito consequentem uersiculum decantare posset. Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Nunquam dimittebat Clericum quendam spirituali uitæ deuotum, quem de re Cælesti altè loquentem libentissimè: imò auidissimè auscultabat, cum quo

contulit quoq. se in eo statu reseruri, ut a morbo liberari nihil curæ esset: Sic enim ratiocinabatur: Diuina misericordia suarum gratiarum mecum prodiga eò me perduxit, ut certus sim ea morali certitudine, quam docet Theologia mortales habere posse, me esse in Dei gratia constitutum, stante quod faciens quod in se est (quod nec latum unguem prætereo) Deus non deneget sua gratiam: dubitare autem uerisimiliter possum, nunquam fore tam benè dispositum, et præparatum, sicuti impræsentiarum, præsertim cum me agnoscam curialibus ambitionibus irretitum. merito igitur cum illo S. Augustini familiari Episcopo dicam: Si nunquam bene, si aliquando quare non modo? imò auderem dicere: si nunquam male perpetuò enim carere æternis gaudijs malum est: quare quanto citiùs ad illa properare, tanto meliùs. totq., ac tantas diuino agitatus Spiritu cumulauit rationes, ut illius Pater Spiritualis uitam ei deprecaretur: ego quoq. ait in meis ~~orationibus~~

et

supplicationibus, et sacris Deum enixè oro, ut P. V. ex mundi huius ergastulo liberam, quamprimum ad fruendum cum cælitibus beatitudine perducat. Non placuit Deo ob sua incomprehensibilia iudicia ad se uocare, et post triduum Medicus annunciauit eum esse extra uitæ periculum. Quo audito suspiria ex intimis præcordijs cum Dauide eliciens identidem non sine lacrimis repetebat: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Inter hæc Orator cognita ystella morte in Tusculanum se contulit, quo Pontifex se receperat, ut aeris intemperiem effugeret: nunciauitque iam magistrum sacri Palatij uixisse; ob oculos posuit meritæ P. Fonsecæ tam præterita apud ipsum Pontificem dum esset Cardinalis, quam præsentia in directione Magisterij sacri Palatij (cum nemo ad eam cognitionem uel post longum studium peruenire posset) et spem (ne diceret promissum, quod cum Maioribus inurbanum est) quam fecerat conferendi P. Fonsecæ hanc Prouinciam

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

quoties uacasset. quare cum uacatio contigisset, etiā atq. etiam Sanctitatem Suam exorabat, ne pateretur se et frem Damianum proprio desiderio, ac spe fraudari. Laudauit Pontifex non mediocriter P. Fonsecam, dignumq. eo munere pronunciauit neq. addidit memoria excidisse praeterita beneficia et praesentia eius merita: uelle tamen se maturiùs rem considerare. Idem prorsus responsum accepit à Dnō Cardinali Burghesio vix è Tusculano exierat Orator, quando praecucurrit Tabellarius missus à Cardinale Lenio (qui in Tusculano erat) cum litteris ad P. M. Petronium, quibus nunciabat: electum à Ste Sua fuisse Sacri Palatij Magistrum. Irrogatam sibi iniuriam ubiq. Orator proclamabat ex hac electione, expectabatq. occasionem, quo eam Pontifici improperaret. Cumq. iam Valetudinarius esset fr. Damianus, ab eodem Oratore introductus est ad Pontificem, quem sic est allocutus. Consideret S.V. ad quem statum redactus sit P. Fonseca

uix

(uix enim pedibus stare poterat) parum abfuit, quin priuatus sacri Palatij munere sibi debito uitam cum morte commutauerit. Vix haec pronunciauerat, cum Pontifex P. Fonsecam laudibus extollere:de, se, ac Sede Apostolica bene meritum dignumq: praedicare, qui congruam suis laboribus mercedem acciperet; deinde conuersus ad oratorem, quid sibi uellet (subdidit) P. Fonseca? illi conferemus Episcopatum in Regno. Nequaquam B.me Pr (respondit Orator) non enim uult animarum curam, a qua nisi abhorruisset, iam a Rege Catholico ob editum librum de Maurorum expulsione ab Hispania, obtinuisset. conferat potius S.V. congruam pensionem, ne ulterius suum Ordinem grauet et dignè ali possit. nec enim decet post quam uitam ipsam manifesto periculo exposuit pro Sede Apostolica, tam fideliter inseruiendo, ab alijs panem mendicare debeat, ac simul reddat habilem ad possidendos aureos sexcentos de Camera, quorum aliquam partem Rex assigna-

uit

uit, nec dixet. verumq. libenter faciam, iniunxit Pontifex. Non multos post dies D. Maraldus Datarius ad se uocauit P. Fonsecam, cui schedulam tradidit pensionis ducatorum aureorum centum de Camera super quodam Canonicatu Conymbricensi, nuper a Pontifice cuidam Curiali Lusitano collatum: et Breue facultatis possidendi creditum annuum sexcentorum aureorum de Camera ei transmissum fuit a D. Coualuzio. Non satis propterea factum Oratori est ex hac concessione: sed se potius delusum reputans iterum duxit P. Fonsecam ad Pontificem, cui postquam egisset gratias de pensione, ac Breui, subiunxit: At B.me P.r tenuis haec pensio sacri Palatij magisterio aequiparanda non est. erubuit aliquantulum Pontifex, illisq. benignissimis uerbis, et promissionibus delinitis, suam impertitus fuit benedictionem. Inde Orator adijt Cardinalem Burghesium, cui itidem una cum P. Fonseca egit gratias. dimisso autem P. Fonseca Orator, qui aliter

in Cardinales

in Cardinalem exasperatus erat tùm de inofficio=
sis litteris in Hispaniam exaratis, et instantijs
in eum factis apud Regem: tùm de fide sibi
fracta quoad Magisterium Sacri Palatij quod sum=
mopere exaggerauit in mentem redigens, quod
Caffarellus eius genitor accuratâ operâ D. Fonseca
ab ipso obtinuerat Salernitanam prouinciam,
quam uocant Stratico, et eius Patruelis Joan=
nes de Sylua ~~olim~~ sui Pincerna multos dies do=
mi suæ hospitio detinuerat, lauteq. tractaue=
rat, et annuam uini extractionem pro Ponti=
fice, dum Cardinalis esset, firmauerat: aliaq. quam=
plurima in Sn.tis suæ seruitium, et directore per=
fecerat: praeterea nihil deliquisse affirmauit,
aut demeruisse in suæ Prouinciæ admini=
stratione, aut penes ipsum, nisi quod secum ami=
citiam conseruarat. Hæc, et plura alia audire
coactus fuit Cardinalis Burghesius non sine
maximo rubore. Deinde cum D.no Datario
easdem querelas fusè prosecutus, suasus ab eo

est, ut more felis manducaret, et conquereretur. Non diutius se continere potuit Cardinalis Burghesius, qui statim ea Pontifici referret, qui cum plurimum querelæ istæ sibi displicerent omnesq. rumores libenter fugeret, ut os Oratori obturaret, aliam pensionem centum, et quinquaginta aureorum de Camera D. Joanni de Sylua de Fonseca Patrueli, qui D. Caffarello eius Cognato Neapoli inseruierat, super quodam Visei decanatu assignauit.

Mittitur P. Fonseca ab Ordinis Magistro Cõmissarius Prouinciarum Poloniæ, & Russiæ, Augustamq; peruenit. Cap.

Sic gloriosè Socij Magistri Sacri Palatij Prouincia terminata, Mineruales ædes pro domicilio elegit P. Fonseca, ubi suaui plurimorum amicorum, quos Socius Sacri Palatij Magistri sibi deuinxerat, consuetudine utebatur. Præcipuus inter alios erat D. Franciscus Diosellenius, qui opuscula quædam acutissima de concordia Diuinæ gratiæ cum libero arbitrio ediderat, in quæ Dominicani alumni insurrexerant non modo, quia acriter sententiam Patrum è Societate Jesu (quorum fuerat Discipulus) defendebat, ac extollebat; sed etiam quia aiebant continere scandalosam, ac temerariam doctrinam, atq; in lucem edita post Decretum Congregationis S. Officij, interdicens huius materiei impressionem. Cumq; opuscula illa fluctuarent, et iam ad Pontificem, iam ad Congregationem S. Officij

tamen missa fuissent, tandem pervenerunt ad manus Sacri Palatij Magistri, quò approbaret, aut reprobaret. Iste Pri Damiano Socio tradidit, qui post diligens examen, positis proprijs rationibus censuram addidit: eandem nimirum cum illa Patrum Societatis doctrinam continere: quare eandem condicionem sortiebantur, et impressa fuisse ante Decretum S. Congregationis: quapropter publicari posse. Hoc P. Fonseca Decretum ægrè tulerunt Dominicani Patres de quo questi sunt quod magis Jesuitis, quàm suo Ordini tribuisset. Satisfaciebat iste, asserens se in illa actione neq. Jesuitæ, neq. Dominicani, sed Judicis personam gessisse, et pro veritate (ut tenebatur) pronunciasse. Hæc omnia Diotellevius per totã Urbem spargebat, laudibusq. exornabat, affirmans munus illud Sacri Palatij neq. habuisse similem, neq. habiturum: et in vacatione illius in omne latus se vertit, ut eidem conferretur. Cæterùm maiorem animi gratitudinem

ostendere

ostendere non potuit, quàm ad amicitiam, et
beneuolentiam Maioris, ac Fratrum Ill.mi Vbaldi-
ni tunc Apostolici Nuncij apud Regem Chri-
stianissimum admittere, et denique ipsius quo-
que Nuncij, qui factus deinde Episcopus S. An-
geli, et Nuncius rursum Apostolicus apud Re-
gem Polonum, nihil gratius tulit, quàm di-
uidi à P.re Fonseca. tantum potuit nuper ini-
ta amicitia, signum manifestum purae ani-
morum coniunctionis, dum uix orta, eum adul-
ta uideretur: quod cum generalis Praedicato-
rum Ordinis Magister optimè nosset, uoluit
P. Fonsecam suum Commissarium, et Visita-
torem mittere ad illas Prouincias Poloniae,
et Russiae, quas ipse habiturus Comitia Vlys-
sippone lustrare non poterat.

Seminauerat inimicus homo in agro Domini, in
familiae nimirum Dominicana Prouinciarum
Poloniae, et Russiae in Cracouiense Monaste-
rium eò quod in caetera illius Prouinciae

Monasteria, et alumnos tyrannidem exerceret promouendo suos filios tantum ad gradus magisterij, et Præsentaturæ, ac ad præcipuos Prouinciæ Prioratus, ea expolians, ut suum ditaret. Iuuenes tantummodo Cracouienses ad exotica studia Hispaniæ, Italiæq. mitteret, totisq. conaretur uiribus Prouinciæ alumnos deprimere, quo suos extolleret. Alia ex parte Prouincialis cum Patribus Cracouitis in Priorem Vilnensem, Vicariumq. magnæ Lithuaniæ debaccabatur propterea quod huius Prouinciæ rebellis esset tyrannus, ac suo Prouinciali rebellis, cui necem minabatur, si Lithuaniam lustraret prout quotquot Cracouitæ Visitatores missi fuerant, ueneno sustulisse ferebatur. Præterea a Vilnensi Episcopo de grauissimis criminibus accusatus fuerat apud Pontificem, et suspectæ præsertim amicitiæ cum insigni illarum partium Caluinista Radziuilio nomine, qui dictum Patrem præcipuum totius Septentrionis Concionatorem

torem

torem ad Caluinisticas tenebras pellicieba. Provincia quoq. Russiæ tota in partes diuisa erat, conantibus multis illius Patribus Provincialem amouere, eo prætextu, quod iam functus esset suo munere, aliumq. eligere. Obstiterunt alij, nec dum suæ Provinciæ tempus elapsum fuisse tuebantur. In seminarios (ita uocant eos, qui ultra suos limites eleemosinam captant) Provinciæ Poloniæ Russia insurrexerat, eo quod in eleemosinis pro more regionis petendis suos limites præterirent, ultroq. Provinciæ Ruthenæ penetrarent quamobrem a Ruthenis aliquando comprehensi cum suis curribus, equis, et eleemosinis, Leopolim adducti fuerant carceribus mancipandi. Quæ flamma usq. adeò creuerat, ut duo exercitus fratrum, et sæcularium, alter ex Polonis, ex Ruthenis alter conflati essent quos ducebant duo germani fratres, Poloni Regis thesaurarij. Conquerebantur denique Provinciæ Russiæ alumni de Cracouitis, eo quod tempore, quo illis dominati fuerant, Ru-

thenæ Monasteria ita depredati essent, ut quod a Scytharum rabie superfuerat, ab ipsis direptum fuisset. Hæc et alia Zizaniorum genera seminaverat inimicus homo quæ Magistrum Ordinis generalem Seraphinum Siccum valde sollicitum habebant, sedulò cogitantem quomodo ea evelleret Zizania, suosq. alumnos tam intestinis odijs laborantes paci restitueret. Verùm quoniam aderat periculum in mora, et instabant Ulysipponensia Comitia, a quibus abire non poterat, Visitatorem mittere statuit, et dum diu hæsitabundus fuisset cui Provinciam delegaret, occurrit Fr. Damianus Fonseca, quem satis aptum, satis idoneum reputavit. nec mora eum in Poloniam destinat. Ille continuò provinciam detrectare se puerum fuere inexpertum, qui animarum regimen (quod ars artium est) nec a limine salutaverat. ille tamen instare, urgere, ut pareret suam pertinaciam pusillanimitati potius, quàm inepticudini tribuere. dumq. Fr. Damianus hæc

audiens

audiens cogitabundus hæreret, subdidit Magister cogitet melius, et quamprimum paret expeditionem ne Dei, et Patris nostri Dominici seruitio laborem excutere videatur. Sollicitus Fr. Damianus se se Deo, et Diuo Dominico commendauit: sacra fecit, alijq. Religiosi viri pro eo ad Deum preces effuderunt. Tandem aliquando post sacrum, tacitis conscientiæ terroribus ictus, quasi Spiritui Sancto obsisteret, Ordinis Magistrum adiuit, impositumq. sibi onus se libenter suscepturum ait, et qui antea prouinciam detrectauerat, modo ad eam sese sponte paratissimum obtulit

Fungebatur Legationis munere pro Sede Apostolica apud Poloniæ Regem Franciscus illo Diotellemius Fratri Damiano deuinctissimus, cui aliquando Sma Poloniæ Regina vehementissimo Spiritu agitata dixit: se summo teneri desiderio noscendi qualis facies, qualis phisonomia Xpo Seruatori nostro fuerat enim Religiosissima Mulier, totaq. orationi mental. et Spiritualibus dedita exer-

citijs

cituj, et respondente Nuncio, asservari in templo Divi Petri in Urbe effigiem illam, ab ipso Deo mi raculose impressam in velo, quo S. Veronica illius vultum abserserat, dum pro totius mundi redemptio ne ad patibulum properaret: hancq. esse veram Redemptoris nostri imaginem, nullamq. similem reperiri, statim amore talis effigiei inflammari vi sa est Regina, et quomodo ait, possem ego talem effigiem, vel aliquod illius exemplar ad vivum ex pressum contemplari! et enixè Nuncium precata est, ut exemplar huiusmodi a S.mo obtineret. Pon tifex cognita Reginæ pietate rem cum Coballutio ab intimis secretis contulit, imposuitq. ut extra di faceret huiusmodi exemplum. Ille respondit rem quidem esse satis arduam, cum nemini liceret ascendere ad locum, ubi ipsa effigies asservatur, præ ter eiusdem Templi Canonicis, nulliq. alteri illuc usq. tale privilegium concessum, præter quàm ipsi Imperatori, cui ad hunc finem Canonicatus colla tus fuerat: subiunxit Pontifex, quod ille Pictorem

in templum duceret, qui, ostensam sibi è pulpito effigiem delinearet: propter maximum autem intervallum a pavimento ad pulpitum, vera effigies efformari non potuit. quod accipiens D. Petrus Strozzius ipse quoq: a secretis Pontificis, et Canonicus S. Petri, qui pingendi artem tenuè callebat, Pontifici ultrò dixit: experiar ego, qui ad pulpitum ascendere possum, an veram effigiem exprimere queam. Annuit Pontifex. Tunc ille accepto vetusto velo, et pullo Columbino, eius sanguine delineare coepit sacram imaginem, quam tam benè effigiavit, ut inter ipsam, et exemplum vix discrimen agnosceres: quod propterea iussit Pontifex eisdem ornamentis circumvestiri, et bracteis inaurari, quibus prima imago refulgebat. Tam consimile factum exemplum est, ut Divi Petri Canonici se opposuerint, ne amplius mitteretur in Poloniam, ne ij popul: temporis decursu praesumerent illam esse imaginem a Xpo effigiatam et quae in templo Divi Petri asservabatur, ab

ea extractam fuisse. Hoc tulit discrimen Ponti-
fex per Breue, quo fidem fecit veram Seruatoris
nostri et originalem effigiem asseruari in templo
Diui Petri de Urbe, et illius exemplar esse quod
in Poloniam mittebatur. At cum interim cogi-
taret per quem transmitteret ad Reginam, nun-
ciatum est ab eodem Petro Scolzio, quod Fr. Da-
mianus a suo generali Magistro illius Prouin-
ciæ Visitator destinatus fuerat, qui propterea
commodè ad ipsam Reginam dictam effigiem
deferre poterat. Placuit S.mo arbitrium, sicq.
fieri iussit. Duplici munere fungens iter pa-
rabat Fr. Damianus, et interim a suo general.
Magistro socium postulauit, qui onus aliquan-
tulum leuaret. Ille Visitatoris arbitrio nomi-
nationem reliquit. Nominauit igitur Fr. Da-
mianus suum Socium P.rem Montecuccolum
Lectorem maiorem in Anconitano Monasterio
animo instituendi eum Poloniæ Prouincialem
quo dissolutam Dominicanam familiam offi-

cio

cio contineret, ac ad pristinam sui Institutoris Regulam revocaret, praescripta formula ab ipso Visitatore. Et annuente Ordinis Magistro, eu per litteras monuit ut iter pararet, quo in suo adventu posset una cum eo itineri se committere Poloniam versus, nominatus eius socius in Visitatione illius Provinciae. Discessit itaq. fr. Damianus Roma 25. 7bris 1616. et sexto die Anconam pervenit, ubi a P.re Montecuccolo expectabatur curruq. conducto, pactoq. de mercede, sinistris avibus itineri se commiserunt. Vix unus lapis a Senogallia eos seiungebat, cum currus inversus socij tibiam tam vehementer offendit, ut Senogalliam ductus, chirurgi sententia curatio multum tempus requireret. fr. Damianus hoc audito Bononiam profectus est, cum socio conveniens, quod aut illic, aut Venetijs eum praestolaretur. Post dies quadraginta litteras ab eodem Montecuccolo accepit quibus significabat se coeptum iter prosequi non valere: quare absq. socio progrediendum fuit, comitatus a Patre quodam

Polono, Arnolfo nomine, Saeculari quodam Veronen=
si, et Socio sui Servitij destinato.

Suum iter prosequitur F. Damianus, Varsouiã peruenit: Regi, Ap̃lico Nuncio, ac suis Fratribus se præsentat. Cap.

Erat forte tunc temporis Venetijs Derpartensis Palatinus Polonus cum magno comitatu pro more Principum, qui sciens aduenisse Poloniæ Visitatorem, reuersurus ipse quoq. in Poloniam, eum inuitauit ad secum iter peragendum, spondens se illi daturum locum in suo curru, et pro dignitate tractaturum. Occasionem dilabi passus non est Fr. Damianus, ignarus morum illius nationis. Nihil opportunius accidere potuisset, præsertim cum bella Germanicæ tunc cœpissent pullulare, idcirco periculum non mediocre instabat, si vir Religiosus natione Hispanus ignarus linguarum, et itinerum Germaniam penetrasset. Vndecimo Calendas Decembris anni 1616. relictis Venetijs Fr. Damianus cum Palatino Derpartensi itineri se commisit, Varsouiam uersus, et perueniens ad Vrbem Lublinum, equo con-

duxerunt

duxerunt, pro quibus soluerunt ungaros quinque supra decem singuli: dum autem illa nocte ad cauponam diuerterunt, uoluisset Fr. Damianus continuò se reficere, mox in cubiculum se recepturus, ut quiesceret, ac deinde diluculo surgere posset ad iter peragendum: refectionem interdixit Palatinus, sed uoluitq. ut coenam expectaret, quae usq. ad mediam noctem protracta est, nec abea, nisi ebrij recedere uoluerunt. Postera die hora meridiana surrexerunt, et mox profecturis Palatinus Cauponem monuit, ut dimidium pretium sibi debitum a P. Fonseca exigeret, ipse aliam medietatem soluturus. Displicuit summopere P. Visitatori talem Comitem sibi elegisse non modo propter sumptus, quos ultra religiosam metam facere tenebatur: verum etiam propter mores, quos iam subodoratus erat. ex tunc occasionem quaesiuit se seiungendi: quo a Palatino intellecto eum arguit, affirmans Venetijs conuenisse se totum iter simul et cum aequali sumptu facturos: ideircò promis-

sis

ris staret. fr. Damianus in dies magis barbaros
Palatini mores experiebatur: Cauponum amator
semper ad diuersoria, nunquam à diuersorijs, in
edendo rapax in bibendo immoderatus, alienos sūb:
stus proprię gulę deuouebat. vbi poterat tyran:
nidem exercebat quando ad marsupium manus erat
mittenda: sui ad arma concurrebant: noctu per in:
accessibiles montes agebat iter; diem in cauponis sta:
tebat. Pauperi conductori egeno mercedem uel pro
sui, ac equorum sustentatione denegauit, et adeò
barbarè cum eo se gessit, ut in desperationem in:
duxerit, et disparuerit equis in potestate Pala:
tini relictis, qui Augustam perventus, uix ratio:
nem aliquam de equis reddere ~~rationem~~ eorum Do:
minis uoluit, affirmans Conductorem cum pecu:
nijs conductionis aufugisse, neq̄ unquam in to:
to itinere comparuisse. Quod deserui fuit dum
aliquando P. Visitator eius curru ueheretur cum
famulis, quos ad rumores concitabat, sæpè ut
baculum acciperent imperabat, uenissentq̄ ad

locum quendam horridum, et incultum, conqueri cœ-
pit, quod necessariæ ad iter pecuniæ deficerent, et
ad Visitatorem conuersus eum rogauit, ut mutuò
daret centum aureos. excusauit se ille, quod tot
pecunias secum non haberet, quas Palatino accom-
modaret. Hic ad responsum barbarè commotus, in-
fremuit; et nunquid, inquit, fieri potest, ut cum tan-
to comitatu tàm longum iter susceperit absq. pecunijs!
Respondit intrepidus Visitator: nunquid fieri potest,
ut ipse cum tanto comitatu tàm longo itineri se
commiserit? quia tamen Palatinus ira percitus
ni daret pecunias minabatur, vt eum Commissa-
rius placaret, addidit, quod Augustæ quandam
aureorum quantitatem exigere debebat, et ibi ac-
commodaret pecunias quibus indigeret. Augustam
tandem post uarios casus peruenerunt, ubi Fr. Da-
mianus recta ad suum monasterium diuertit
et ibi primum ceruisiam degustauit, quam
haurire nullatenus potuit cum nimium pa-
lato repugnaret propter sui acerbitatem. et

audito

audito quod Poloni eo potu uterentur, cœpit moe-
rere, credens eo potui se nullatenus assuetum.
Postera die ante lucanum insalutato Palatino, ad
Ratisbonensem Urbem properauit, petijtq. Domi-
nicanas ædes celeberrimas ob educationem S. Al-
berti Magni, tunc tamen prophanatas, Lutheranis, qui medium templum possident, ubi sua quoq.
sacra faciunt, collocato in eodem Altari, adoratoq.
Idolo Dagon, et Arca testamenti; quod non si-
nat Deus multum temporis protrahi. Ibi quoque
uidit illustrem bibliothecam cum plurimis ope-
ribus manu S. Alberti scriptis, inter quorum
aliqua nondum in lucem edita fuerant. eorum
igitur notulam misit Fr. Damianus ad Ordinis
magistrum, qui in impressione operum eiusdem
S. Alberti tunc Coloniæ facienda, illa quoq.
prælo excuderentur, ac ederentur in lucem. In-
de Bauariam ingrediens, miratus est, quod tem-
pore sui aduentus per horas duas ante auroram
populus uniuersus, dum omnia algerent, ad

templa confluerent, quò sacris de B. Virgine,
quæ incipiunt Rorate, interesset. Ibi primùm
obseruauit, quod Custodes deputati totam noctem
per Oppidum, seu Vrbem circumuagantur, et
ad fenestras, portasq. domorum pulsantes, cantile-
nam quandam intonant, qua Incolas monent, ut
ignem extinguant, uigilentue, ne domus combu-
ratur. Inde Pilsniam profectus, ad ædes pariter
Dominicanas se contulit, et ab illarum familia
accepit: Vrbem illam semper fuisse Catholicam
et nunquam labe aliqua hæresis infectam, quam
propterea Virginem appellabant. Exinde Pra-
gam amplissimam, uastissimamq. Vrbem petijt
ubi tunc aderat Imperator, et ad Prædicatorum
familiam diuertit. Postera die Balthasarem
de Sugniga pro Re Hispana apud Imperato-
rem Legatum uisit a quo ad prandium deten-
tus, et summopere cohonestatus est. Inter alia
patinam argenteam ostendens, ait: videt ne P.
V. hoc stemma (erant quinque stellæ), visi-

gnia

gnia Domus Fonsecæ) simulq. petijt ut genti-
litium suum stemma ostenderet (quod itidem
quinque stellis constabat) quod uidens subiun-
xit: ergo P. V. caput est familiæ Fonsecarum: cui
Fr. Damianus respondit: Exc.ª V.ra caput est fa-
miliæ Fonsecarum, ego uerò pes sum. Si ergo ex
hoc capite, et his pedibus corpus esse conficimus
et mihi benè erit. erit sanè addidit Orator P.
Fonsecam amplectens. Cum apud eum per biduum
moratus esset, magnificè tractatus, discessuro qua-
drigam dedit, qua Wratislauiam aueheretur, tri-
duani itineris dissitam interuallo, ubi aderat
primum suæ iurisdictionis Monasterium: quò
dum accessisset per horæ dimidium ante solis
occasum, procurauit (pro more) Magistratus fa-
cultatem in vrbem ingrediendi, quam dum ex-
pectaret clausa fuerunt Vrbis Ostia, credentibus
custodibus eum esse Jesuitam. Coactus propte-
rea fuit ad Cauponam diuertere, et quoniam
Saturni dies erat, cauponem rogauit ut pisces,

uel oua ad cœnam pararet. Respondit Caupo, quod carnem apposuisset, præter quam nihil esset daturus. Petijt Commissarius panem, et uinum. Caupo obstinatus nihil unquam afferre uoluit: imò lecti sternia quoq. negauit in ultionem religiosæ continentiæ. pleramq. noctem in recitatione Smi. Rosarij, et Diuini officij transegerunt. Super scamno paululum quieuerunt donec dilucesceret, quo tempore scripsit Schedulam ad Dnum Ludouicum Rodulphium illius Cathedralis Præpositum, eum monens de suo aduentu. Ille lecta Schedula continuò per ostium secretum Canonicorum (qui amplas, et magnificas ædes moenijs circumseptas, et custodibus munitas habent) occurrit ~~cum~~ curru, eumq. una cum Comitatu ad proprias ædes adduxit. Deinde Senatum fecit certiorem de Commissarij aduentu. quatuor dies ibi sese tenuit, et interim Dominicanas ædes lustrauit, salutauit fratres; obseruauitq. Monasterij statum nunquam tamen se uisitatorem manifestauit. Inde Varsouiam uersus profectus est

ubi

ubi resides Rex, et post triduum Cradiam
peruenit, ubi inuenit sui Ordinis Monasterium
ex muro factum, non ignobile, optimisq. piscibus
abundans, propter quam causam decreuit maturè
illud ad strictam obseruantiam redigere, ut qui:
dem redegit, prout infra recensebo. Inde ratio:
nem reddere uoluit sui aduentus Archiepiscopo
Gesznesi (cui in eo Regno summa est authoritas)
ab eo erudiendus, et protegendus. benignissimè ex:
ceptus est ab Archiepiscopo, qui suam operam, atq.
opem pro recta regiminis directione pollicitus est.
Varsauiam tandem peruenit ad septimum Calendas
Januarias anni 1606. et recta ad D. Franciscum
Diotellenium Nuncium se contulit: cui quam gra:
tus acciderit eius aduentus, quanto eum perfuderit
gaudio uix exprimam. referat qui amicum, quem
immensa penè terrarum spatia separabat inopina:
tò sibi uiderit occurrere. Apud eum totam diem
mansit sui aduentus causam fusè exponens, et
post quàm discreuissent quomodo se gereret cum

Rege, ac Regina, ad Monasterium sui Ordinis
se recepit. Postera die ad Regem, ac Reginam
ab ipso Nuncio ductus est: Regi quidem primùm
latinè sui aduentus causam exposuit. Postea uerò
iuxta praescriptum a D. Nuncio, Italico idiomate
orationem prosecutus suae Maiestatis opem implo-
rauit, hic quià affirmauit se nihil aggressurum
ex ijs quae a suo general: magistro habuerat in
mandatis: Sciebat enim huum aduentum, ac mu-
nus ingratum, ac penè odiosum fore fratribus
praesertim Cracouiensibus, qui a multis annis
totam Prouinciam moderabantur. Vnde qua-
liscumq. regiminis mutatio grauis futura; id=
circo nullum non lapidem moturi erant, ut illius
authoritatem si minus tollerent, certè impedirent
uti fecerant cum Ordinis magistro Beccaria,
quem miris artificijs, ac etiam rebellione abire
coegerunt re imperfecta. Tunc Rex ad tria capi-
ta redigens quaecumq. fr. Damianus prolixo ser-
mone dixerat ita respondit. Sibi gratissimum

aduidere

accidere aduentum Visitatoris: Dominicanam familiam in Poloniæ Regno sua præsentia, et dexteritate non mediocriter indigere: mox licentiosa eius Vitam exaggerauit: suam opem illius auxilio citati accesuram, et se neq. fauoribus, neq. supplicibus libellis, aut clamoribus aures porrecturum. Addidit infelicem exitum visitationis P. Beccariæ Magistri Ordinis, fratrumq. rebellionem tribuendam suæ absentiæ, occupato in obsidione Arcis Smolenskæ in Moscouia. Regis audientiæ fine imposito D. Nuncius introduxit P. Commissarium ad Reginam, cui reddidit Breue Pontificium cum effigie Seruatoris nostri quam Regina ut primum conspexit, lacrymas (ut piè piissima, religiosissimaq. foemina) ciere cœpit. Dum melius eam contemplans, non apparet (inquit) in hac imagine Xpi Dei pulchritudo. Quod audiens Commissarius ut Reginæ meditationi materiem aggeraret ita affatus est. Ecce, o Serenissa. Regina, speciosum forma præ filijs hominum

cuius pulchritudinem Sol, et Luna mirabantur, Sponsaq. in suis Canticis tot encomijs extollit, modo sine maiestate sine decore dolet inter languores, languet inter dolores qui nulli languori, nulli dolori obnoxius erat: nostrarum culparum poenas luit quem nostris culpis offendimus, culpae prorsus expertem: nostra quidem peccata (subdidit Regina) eum ad hunc statum perduxerunt: et cum in hoc spirituali colloquio aliquod tempus contriuissent, Regina effigiem illam Regi ostendit, qui continuò afferri iussit aliam effigiem extractam ex Sindone illa, in qua inuolutum fuit Redemptoris nostri corpus è cruce sublatum. Comparatae simul imagines adeo similes repertae sunt, ut nullum prorsus discrimen dignosceretur. Huic colloquio fine imposito Fr. Damianus dimissus ad Dominicanas aedes reuersus est. Vbi inuenit illarum familiam summopere perturbatam, praesertim Moderatorem, qui ustaore Cracouiensi, et arcto necessitudinis uinculo cum Prouinciali coniunctus, aegrè

ferebat

egrè ferebat regiminis mutationem. Per aliquot dies satis urbanè se gessit cum Commissario: dedit congruum hypocaustum, edulia vinum equidem maximum ei obsequium praestabat. Nec fallet regula qui praeter solitum nimis obsequens est aut tua indiget opera, aut te decipere vult. Verum, o corruptos nostrae temperstatis mores! nemo alterius comparare benevolentiam potest, nisi per adulationem. olim Principes tantum, et non omnes adulationem peramebant, modo apud homines quoslibet introducta est. O execrandi ambitionis partus, quae virtutem opprimunt, exulant ingenuitatem. Interim moderator ille Dominicanae domus inter nimia obsequia litteras ad Provincialem, aliosq amicos dedit, quibus monebat ut sese opponerent Visitatori, ac novo regimini, atq una omnes assererent se neq Provinciam petiise, neq Commissario indigere, sufficereq eorum Provincialem ad corrigenda quae correctionem poscerent. De amicorum consilio

coepit Moderator male habere fr. Damianum, edulia, et ligna denegare. et aliquando inter pocula cum suis fratribus haec protulit verba: Hoc Daemoniu genus non eijcitur, nisi ieiunio, et frigore: Quae audiens fr. Damianus secum tacitus animo uoluebat nullum tamen perturbationis signum praeseferens. Haec cum D. Nuncio retulisset, assiduè prandium ac coenam lautissimam iste per quatuor famulos mittebat, quam ipse Commissarius saepè ipsi Moderatori, ac familiae dispensabat. Ligna quoq; prouidit tam abundanter, ut citò norint fratres non esse Daemonem frigore, et inedia expellendum, sed sagacem Hispanum.

Vnum Nuncio displicebat, quod in Patentibus litteris nulla adesset loci expressio, quem ipse in Polonia occupaturus esset, utrum nimirum loco praecedere deberet Prouinciali, et Moderatoribus monasteriorum; Quare statim ad generalem Ordinis magistrum scripsit, ut discrimen hoc tolleret dubiumq; in fauorem P. Commissarij decideret,

protestans

protestans omne malum, quod in Visitatione contingeret, ex hoc defectu originem habiturum Provincialemq. nullatenus pariturum Commissario, et aliquando digniorem locum obtineret. Monuit praeterea Fr. Damianum, ut nihil innovaret; sed tantum accersiret Provincialem

Vocat P. Commissarius Prouincialem, cui causam sui aduentus in Poloniam manifestat. Cap.

Antequam P. Commissarius suo munere fungeretur, Prouincialem qui Lublinense Monasterium S. Stanislai uiserat, acciuit per sequentes lrãs.

Admodum Rẽu. P. Prouincialis.

Pax Xp̃i. Peruenimus ad hanc Urbem, et Monasterium nostrum Varsauiense; et licet ex longo, et molesto itinere summopere fatigati, Dei gratia tamen incolumes. Quaesiuissemus statim admodum Reu. Vram P., ipsam de nostro accessu in has partes moniturj, nisi et eadem longissimi itineris fatigatio, et temporis inclementia nostris conatibus habenas imposuisset. Quapropter P. V. admodum Reu. etiam atq. etiam rogo, atq. oro, non grauetur statim atq. hae nostrae literae redditae fuerint, ad nos accedere, cuius aspectus nos miro perfundet gaudio: quod tanto liben-

tius

tius praestabit, quantò iam iter parauerat, pro-
pediem ad hanc Vrbem uenturus. Deus optimus
maximus P. V. admodum Rev.dã ad nos quàm
citiùs ducat incolumem, seriò acturos de maiori
augumento Spirituali, et temporali istius nostrae Pro-
uinciae. Vale. Ex aedibus S. Hiacynthi Varsauiensibus
septimo Calendas Januarias M.D.C.XVIj
Admodum Rev.ũ V. P.

Conseruus, et amicus in D.nõ
Fr. Damianus Fonseca.

Cum autem neq. Prouincialis compareret, neq. aliquid
daret responsi, alias eiusdem ferme tenoris literas
ad eum misit; suadens, ut quamprimum aduen-
taret, neq. uanis uulgi rumoribus fidem adhibe-
ret, ac iubens bono animo esse, spem faciebat
cuncta, Deo dante prosperè euentura.
Prouincialis lectis his literis optimè aduertit nouam
in prouinciam introductam esse authoritatem, ea.
Cracouiensibus magistris significauit, ut Varsouiam
peterent: ipse Lublinense iter habuit, ducto se-

cum

cum illius monasterij Moderatore Fre Alberto Sekowio Mro. Congregati igitur Varsaviæ cum P. Provinciali P. M. Fr. Erasmus Comissovius, et Prior Cracoviensis, P. Fr. Joannes Crisostomus Magister, et Regens eiusdem monasterij, P. Fr. Albertus Eskowsky Magister, Prior Lublinensis, et P. M. Andreas Radawski Varsaviensis Monasterij præses omnes præcipua factionis Cracoviensis capita Provinciali adhærentia, nemine ex contraria parte accito, Commissarij litteras quas Provincialis nuper acceperat, lectis, ac ponderatis miserunt nomine omnium duos Patres, P. Mrum nimirum Fabianum Birkovium, et P. Laurentium Leopoliensem Socium P. Provincialis, quò a P. M. Fonseca Commissario omni cum modestia, ac reverentia, cum quanam authoritate accessisset, sciscitarentur, quo ipsi consulerent quid facto opus esset. ijs Fr. Damianus respondit: se post horam illos conventurum, quò sui accessus in Poloniam redderet rationem. Stato tempore comparuit: litterasque

omni

Magistri Ordinis super eius facultate P.ri Arnolfo Soci; uices gerenti legendas tradidit, quarum sequens est exemplar.

In Dei Filio sibi dilecto R.eu admodum P.M.F. Damiano de Fonseca Prouinciæ nostræ Aragoniæ Ordinis Prædicatorum.

Fr. Seraphinus Siccus Papiensis sacræ Theologiæ professor, ac totius Ordinis præfati humilis Magister generalis, et Seruus salutem, et Spiritus Sancti gratiam. Quoniam assiduis, grauissimisq. detenti negocijs uniuersa, quæ ad regimen Religionis nostræ pertinent, expedire per nos ipsos minimè possumus, viros idoneos in nostrorum laborum partem assumere compellimur, ut illorum diligenti opera eadem executioni mandentur, et quod affectu concepimus, effectu assequamur. Sanè cum in antiqua, et illustri prouincia nostra Poloniæ, quam toto charitatis affectu prosequimur, grauia negocia expedienda occurrant, et electio Prioris Prouincia-

lis

lis eiusdem Provinciæ breui facienda: Nos, qui me=
ritis quanquàm imparibus, disponente Domino,
ad totius sacri nostri Ordinis Præfecturam uocati
sumus, ex eiusdem Officij nobis incumbentis debi=
to regularem obseruantiam, et literarum Studia,
quibus prædicatio Verbi Dei, et Salus animarum
iuxta ipsius nostræ Religionis scopum, ac insti=
tutum comparantur, in eadem Provincia Poloniæ
fouere, ac promouere. Si quæ uerò in obseruantia=
rum, dissensionum, et controuersiarum radices ibi=
dem supersint, quantum in Domino possumus,
resecare, ac euellere cupientes, tenore præsentium
nostriq. authoritate Officij, te prædictum Reu. Patrem
Mrum Genli Damianum de Fonseca instituimus,
mus, institutumq. declaramus Commissarium
nostrum in præda nostra Provincia Poloniæ
tum ad promouendam regularem obseruantiam,
studiaq. litterarum, et ad occurrentia negotia, lites,
differentias, et controuersias, prout de Iure tractan=
das, et usq. ad diffinitiuam sententiam inclusiuè

terminandas

terminandas: tùm etiam ad præsidendum electioni Prioris, Provincialis d.æ Provinciæ proximè faciendæ, et Capitulo Provinciali proximè celebrando; et præterea ad omnes controuersias, difficultates, et dissensiones, si quæ (quod Deus auertat) in posterum emergerent tàm inter fratres d.æ nræ Provinciæ Poloniæ, quàm inter ipsos, et fratres nostræ Provinciæ Russiæ, siue inter ipsas Poloniæ, et Russiæ nostras Provincias, prout de Jure, et usq. ad diffinitiuam sententiam inclusiuè tractandas, expediendum, et terminandum, dubiaq. omnia nunc, et in posterum emergentia, prout de Jure, et iuxta tenorem nostrarum Constitutionum, et ordinationum, Capitulorum generaliu resoluenda: Quoniam autem nonnulli earunde Provinciarum Poloniæ, et Russiæ fratres suæ professionis obliti, extra illam temerè uagantur uel absq. licentia legitima in alijs nostri Ordinis Conuentibus, uel alibi commorantur: ideircò quoq. tibi committimus, et strictè mandamus, ut eos-

dem

dem omnes, et singulos ad suas Prouincias statim reuerti facias, et si opus fuerit eos reducas, rebellesq. opportunis modis, poenis, et praeceptis constringas et eorum Patribus Prouincialibus respectiuè eosdem praesentes, uel praesentari facias, ut illis de Conuentibus, in quibus Religiosam uitam ducant, prouideat. Quod si eisdem per dictos Prēs Prouinciales prouisum non fuerit, per te ipsum prouidere ualeas, et possis, prout tibi magis uidebis expedire; Volumusq., ut iuxta tenorem instructionis, quam nostra manu subsignatam tibi dedimus, praedicta exequaris. Ad quae omnia praestanda omnem necessariam authoritatem, et potestatem tibi concedimus. Et ut meritorum tuorum cumulus augeatur, praecipimus tibi in virtute Spiritus Sancti, et Sanctae obedientiae sub formali praecepto, ut praesens onus suscipias, et iuxta uires tibi a Dño praestitas, diligenter, et fideliter exerceas. Omnibus uerò, et singulis nostrae obedientiae subiectis

Patribus

Patribus, et Fratribus, tam capitibus, quàm membris ad dictam nostram Provinciam Poloniæ quomodolibet spectantibus sub eodem formali præcepto mandamus, ut te   verum, et legitimum Commissarium nostrum ad præcepta exequenda recipiant, habeant, et venerentur. In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti Amen. quibuscunq. in contrarium non obstantibus. In quorum fidem his sigillo nostri officij munitis, manu propria subscripsimus. Datum Romæ in Conventu nostro S. Mariæ super Minervam die 22. August. 1616. Fr. Seraphinus qui supra manu propria.

Rta. fol. 18.

Fr. Thomas Marinus Mag. Prolis Conæ Sancte

Prædictis litteris publicatis, multus fuit P. Commissarius in exaggerando singularem amorem, quo Ordinis magister Provinciam illam Poloniæ prosequebatur, et quantum sibi displiceret non

potuisse per semet dilectos suos filios visere, eorum indigentijs subuenire, bonumq. spirituale, ac temporale eiusdem Prouinciæ promouere: quæ omnia per suum Commissarium, quem ad eos miserat non in destructionem, sed in ædificationem, peragere cogebatur. Et in primis quoniam plerigq. Patres vrbem illam suis querelis impleuerant, noluit primò fidem adhibere, ne leuitatis argui posset: neq. etiam omninò incredulus esse, ne inurbanitatis notam subiret, efficeretq. ut parua scintilla magnum excitaret incendium, maluitq. cognoscere eorum clamorem opere complexurus, principijs obstando, ne serò pararetur medicina, dum malum per longas uias inualuisset. Mandauit præterea Ordinis Magister, ut radices, quæ ex præteritis discordijs supererant, foderet et auelleret. Addidit nihil sibi fore iucundius, quàm exoptata grauissimorum Patrum Cracouiensis Monasterij consuetudine frui, magistrorumq. cæterorum Monasteriorum, ut sic oblatan-

tibus ora clauderet, et utriusq: partis dissidentis suffragijs que sibi agenda erant, efficacius ad optatum finem, ac suauius perduceret. Has et multas alias rationes satis opportunas tum ad liniendum Patrum animos: tum etiam ad illos disponendos ad unionem, et concordiam religiosam in medium protulit. Cum P. Commissarius peroraret: Provincialis diei spacium postulauit ad respondendum: et iterum litterarum praedictarum exemplum dari sibi petijt: quod continuò P. Commissarius cum original. collatum tradidit.

Litteris Magistri Ordinis responsum dat Prouincialis, cui satisfacit P. Commissarius. Cap.

Sequenti die missi fuerunt a P. Prouinciali iidem Patres, qui supra, ut interrogarent P. Commissarium, an audire uellet responsum. Hunc accedens ad Patres congregatos ita allocutus est P. Prouincialis: Quoniam P. V. admodum Rev.da obedientiam quam habet a nostro generali magistro litteris magis, quàm uerbis ostendit: idcirco Prouincialis de consilio RR. Patrum scriptis quoque satisfacit. Commissio praed.a admodum Rev.di P. V. ab Vrbe anno 1616. undecimo Calendas Septembris, quatuor continet principalia capita, quae huiusmodi sunt: Primò lites differentiae, et controuersiae ex quibus regularis inobseruantia oritur, et studia minuuntur. Secundò praesidentia in futuro Capitulo pro electione Prouincialis: Tertiò causae inter Prouincias

Poloniae

Poloniæ, fratresq. earum utriusq. Quarto authoritas Commissorialis ad uocandos fugitiuos fratres, qui uagantur per loca diuersa. Ad quæ sic respondetur.

Quoad primum licet Prælati nostri Ordinis paterna miseratione commoti ad iniustas querelas, et relationes fratrum priuatorum et clamantium se esse oppressos, et suspirantium fieri reformationem tot intra breue temporis interuallum delegauerint Præfectos, quorum authoritas, et præsentia maximo sumptui, et damno Ordini sunt, ac maiori scandalo, et commotioni. Verum enimuero propter reuerentiam in Superiores, propter publicum pacis bonum, ne ullam de se minus licitam facierent suspicionem, quo monicæ dicacitatis liuorem effugiant, ac quo aliquando ueritas in iudicio elucescat, iuxta Ordinis institutum P. V. admodum Rev. in Commiss. excipit Prouincialis ipse Prouinciæ nomine spondetq. cum Patribus illius bona fide in re commissa ei opitulaturum tanto libentius, quanto magis cordi est

ad perfectionem tendere. Si tamen facilius uelit
lites, ac dissensiones, controuersiasq. e medio tolle-
re amplius non excitandas, et publicam pacem
promouere, officiose id praestet. Seditiones, et con-
tensiones, unde contemptus legum, ac maiorum:
unde publicae iniuriae, religiosam euertunt ob-
seruantiam, et eae primum tollendae sunt, quas
nisi officio tollere potuerit, rigore exterminet,
animaduertat, corrigat, puniat. Quod si huic
nostro desiderio P. V. admodum Rev. re non
responderit, ex nunc pro tunc ne maiora in-
grauant mala huic Prouinciae satis oppressae
appellat ab eius Commissione melius nostri Or-
dinis Magistrum, Sanctamq. Apostolicam Se-
dem, si opus fuerit, informatura.
Quoad secundum informabit Prouincia Ordinis
Magistrum; non dantur enim ex nostris Constitu-
tionibus extraordinarij Praesidentes Comitiorum
nisi cum magnae intercedant dissensiones inter
Electores. et quoniam eas P. V. admodum Rev.

Germinachi

exterminabit ante electionem: inde sequitur quod eius expectatio sit inutilis, præsertim cum à litterarum expeditione menses uiginti intercedant ad Capitulum Prouinciale. Hinc coniectari licet falsò edoctum fuisse Rmum nostrum generalem Magistrum, quum asserit in suis litteris in breui, & proximè futuro. his aliæ accedunt causæ, quas cum fuerit opus deducemus.

Ad tertium. quicquid sit hinc inde de priuatis Fratribus, de quibus nihil penitus hucusq. audiui neq. nouit Prouincia, quoniam causa inter eas Prouincias fuit multos ante annos Apłicæ Sedis authoritate terminata, ut constat ex denunciatione quinta 1608., vetitum est utriq. parti, ne amplius insimul rem habeant, æternumq. silentium impositum est. quam concordiam utraq. pars ultrò est amplexata, ut constat ex sequentibus uerbis eiusdem enunciationis.

Denunciamus post uarias controuersias sæpius agitatas tàm in præcedentibus Capitulis ge-

neralibus, quàm coram Sede Apostolica inter Patres Provinciæ Poloniæ ex una parte, et Patres Congregationis Russiæ ex alia de Iure Conuentuum, et terminorum: tandem scitu, et beneplacito S.mi D. N. Pauli Papæ V. in hunc modum Conuentum, et transactum inter Patres fuisse ut Patres Rutheni possint intra terminos suæ Congregationis, videlicet a Mostitia uersus Vyouia, et ultra uersus Valachiam, Moscouiam, et Moldauiam absq. ullo impedimento nouos Conuentus fundare: iam erectos, nempè Mosticensem, Leopoliensem, Rubei Castri, Iaslouicensem, Camenecensem, Vyouiensem, Buscensem, Potocensem, Iezupoliensem, Barensem, Laxhouiensem, Scaragrensem pacificè habere, et possidere.

Informandi sunt igitur a Prouincia nostra R.mus P. Generalis, et S.mus D.nus Noster de nouis istis commotionibus, quæ excitantur.

Ad quartum. nulli in hac nostra Prouincia fugitiui, in alijs multi sunt, qui & pauimsent Or-

dinis

dinis Magistro, iubens; eos omnes ad Provinciam Poloniæ reverti, admodum Rev. P. V. in eis revocandis, et Provinciali præsentandis non laborares; sed o utinam revocentur discul: isti, qui Provinciæ nostræ dedecori sunt, et ad suos terminos secundum legem quamprimum reducantur, neq. promotionibus indignè gaudeant. Actum in Conventu Varsaviensi S. Hiacynthi die 24. Januarij 1617.

Ex serie prædictæ scripturæ authoritatem, et iurisdictionem P. Commissarij proposse extenuantis, probè novit idem Commissarius, Patres congregatos sibi malè affectos totis viribus conaturos, ut eum a Provincia re prorsus infecta expellerent. etenim nemo aderat pro parte Provinciæ, quæ tyrannidem Cracoviensis opponebat, et Commissarium a Magistro Ordinis impetraverat; sed omnes congregati Cracoviensæ, aut illorum partes sequebantur, qui in P. Commissarium conspiraverant et Provincialem huic, illiq., pro sua quisq.

libidine agitabat, et non nisi deteriorem propriæ conditionis statum expectare poterat. Nolens autem Fr. Damianus in ipso regiminis initio amplius hos Patres exacerbare, cœpit eos demulcere ac suauiter suadere, ut eorum Supremo Pastori obedirent quoad ea omnia, quæ eæ literæ continebant: dubijs in contrarium adductis sequenti forma satisfaciens.

Admodum R.P. Prouincialis.

Scriptum, quo Reū admodum P.V.V. respondent literis Patentibus Rmi. Patris nostri Generalis, quibus dati, et creati sumus in Commissarium istius Prouinciæ Poloniæ legimus, et considerauimus. Et quidem quod spectat ad primum caput, quo nos in Commissarium prædtm. nostræ Prouinciæ acceperunt, et promittunt bona fide se in re omni, quæ ad nostrum munus pertineat opē praestò futuros, vobis agimus gratias, et spondemus uestram obedientiam apud eundem Rmum. Patrem nostrum Generalem commendaturos, qui-

et

etsi uos paterno prosecutus est amore, tantum
vestrûm alacritatem cognoscens in eius obsequia
maiori prosequetur. nec aliter credendum erat
de Patribus ita religiosis, ac ueluti hæredibus ob-
seruantiæ B. Hiacynthi, sacri nostri Ordinis side-
ris præclarissimi. neq. silentio inuoluamus quod
non temere, et absq. causa ad hanc Prouinciam
destinati sumus, ut in prima parte uestræ scrip-
turæ conqueri uidemini, siquidem in ultima
parte ipsimet fatemini: adhuc esse in Prouin-
cia radices litium, et controuersiarum (haud
alias causas nostri Commissariatus recenset Rmus
Pater in suis litteris) quæ sunt prima, et potis-
sima religiosæ uitæ, ac regularis obseruantiæ
impedimenta: unde oriuntur in hac Prouincia
(ut vestris utar uerbis) seditiones, legum contem-
ptus, iniuriæ tam publicæ, quàm priuatæ, fal-
sitates, calumniæ, refugia extra Ordinem, atq.
huiusmodi malorum Authores adhuc superstites
esse non inficiamini. si igitur hæc uera sunt

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

(o utinam essent falsa) immeritò conquerimini de nostri Ordinis Antistite, qui Deo de uobis redditurus rationem, paterna commotus miseratione; ad uos mittit suos Commissarios, ac Visitatores, quò sic quantum in Domino potest, efficiat ut Prouincia ista, alioquin antiquissima et nobilissima non sit opprobrio, et contemptui Ordini ipsi, hominibus, ac praesertim huic floridissimo Regno.
Quoad secundum in nostris Constitutionibus dist. 2. de electione Prioris Conuentualis cap. 2. sic habetur: Declaramus, quod Prouinciales, ac Vicarij non possint Vicarios pro electione faciendа mittere ad Conuentus, nisi in casu magnae dissensionis electorum, siue cum in ueritate Conuentus ita sit destitutus hominibus, quod nullus sit in eo, qui electionem dirigere sciat. Perpendant quaeso PP. VV. admodum RR. qua ratione nostrae Constitutiones loquantur. loquuntur tantum de Prouincial., aut Vicario, non de generali nostro Ordinis Magistro, cui suprema est

aucthoritas

authoritas, qui, ut dicitur in dist. 1. de Professio-
ne cap. 15. potest omnes Prælatos, et officiales
eiusdem Ordinis instituere, et destituere, ac eo-
rum prouincias, et authoritatem limitare. Legant
PP. VV. admodum Reu. Innocentium iiij. in suo
priuilegio primo, et Sixtum iiij mare magno. Le-
gant sextum diploma Bonifacij noni, et priui-
legia ipsi Ordinis Magistro concessa a Martino V.
nec non priuilegium secundum Julij secundi: Le-
gant et priuilegia Julij tertij et uidebunt quanta
polleat authoritate Rmus. Pr. noster generalis, neq.
dubitabunt utrum possit mittere Præsidentem
ad Capitulum Prouinciale, non auditis adhuc
clamoribus dissensionum. Misit quoq. anno pro-
ximè elapso noster Rmus. Pater propter causas
sibi uisas (de quibus non tenetur suis subditis
reddere rationem) Præsidentem ad Capitulum
Prouinciale Vlysipponense Salmaticensis mo-
nasterij Præfectum, et quanquam Lusitani na-
turali antipatia oderint Castellanos, et mox

unanimiter Provincialem electuri: nihilominus Præsidentem amplexati sunt non secus, ac si esset Reverendissimus Ordinis Magister, qui iuxta suas instructiones quosdam inhabiles ad Provincialatum habiles alios reddidit absq. ulla illorum Patrum repugnantia. Si verò causam magnæ dissensionis quæritis, vos iterum oro, atq. obtestor consideretis huius Provinciæ statum, quem satis in primo rescripto repræsentastis, et adinvenietis radices istas germinaturas magnas dissensiones in futura electione. Sed dicitis me radicitus evulsurum radices omnium discordiarum antequàm adveniat tempus electionis. Non possum nisi hac in parte maximas vobis gratias agere, quod tanti me faciatis, ut palàm fateamini me unum hominem paucis diebus peracturum quicquid egregij mei Prædecessores, imò Rmi. Patres generales per annos viginti, accedente illorum visitatione, præstare non potuerunt. Neque satis mirari queo, quod subreptitiam

informationem

informationem datam Rmo. Pri generali assistentis circa tempus, quo Provincialia comitia habenda sunt, mot. ex ijs uerbis in eisdem litteris contentis, ult. in Capitulo Provinciali proximè celebrando. quod licet post multum temporis intervallum habendum esset, dummodò nullum aliud intercedat, proximum Capitulum nuncupari debet: nullum enim aliud est isto magis proximum. Alia autem uerba breui celebrandum non uos perturbet: etenim a festo S. Michaelis iam decurrit quartus, ac ultimus annus huius Provincialatus. Cum igitur iste sit ultimus annus praesentis regiminis; meritò Capitulum Provinciale breui celebrandum dicitur: quare accipienda aequo animo est praecedentia Capituli, et deinde Magister informandus cum inter alia formale praeceptum iam uobis intimatum urgeat, ut nimirum nos admittatis tanquam legitimum uestrum Commissarium ad ea omnia, et singula peragendum, quae in in

eisdem promulgatis, et admissis litteris continentur, inter quæ præsidentia Capituli non infimum obtinet locum, quod certo certius futurum spero. Ad tertium idem prorsus, quod ad secundum. Noster enim magister non ignorat statum omnibus notissimum controuersiarum utriusq. Prouinciæ Poloniæ, et Russiæ, utpote qui iam tot annos antequàm esset Magister Ordinis Vicarium munus obtinuit. Præterea dum nobis hanc expressè tribuit facultatem, certissimè supponere debemus potuisse illam instrias conferre quæ sufficere vobis deberent, quò absq. aliqua contradictione vestro magistro pareatis. Datt. in nostro Conuentu S. Hiacynthi Varsauiensi die 26. Januarij anni 1617.

Fr. Arnolphus Lector, et Socius

Respondet P. Prouincialis ijs, quæ contra illius articulos opposuerat P. Commissarius, qui iterum illis respondet. Cap.

Satis non fuere quæ Commissarius uerbo, et scripto in medium protulit, ut Prouincialis cum suis congregatis finem querelis imponerent: imo semper nouas fecerunt oppositiones, et in hanc formam D.is Damiani responsionem confutarunt Scripto nobis porrecto a P. V. admodum R.du tale responsum reddimus. Non mirum uideatur alicui, quod Prouincia nostra non quidem queritur; sed dolet de calamitatibus, in quas incidit ob tractum quorundam priuatorum falsas, et clancularias relationes, quibus R.mum P. Gnalem informauerunt omnemq. aditum ipsi Prouinciali, et PP. ad aures R.mi obstruxerunt, a quibus dum exulat Prouincia, consequenter ipse Prouincialis in magnum contemptum cadit apud subditos, insultatores maiorem sibi quàm illi fidem adhibe-

re

ci. Illud vero maxime dolendum est, quod Praesidentes isti, qui extraordinariam authoritatem obtinuerunt, menti Rmi Patris nostri generalis nunquam responderunt, et Constitutiones, ac leges nostras intra octo annos nunquam adimpleverunt. Quod si Provincialis authoritas ab extraordinarijs istis Praesidentibus detractum non esset, iam pridem radices istae litium, ac dissensionum domestica prudentia, ac experientia avulsae fuissent. Externa manus nodos istos magis implicavit. Neque obijci potest, quod Superiores Provinciae fuerint suspecti tanquam oppressores, quia nunquam processus in improbos deducere potuerunt. Quod si deducti essent, et fratribus gravatis tunc ad Rmum Patrem generalem confugere licuisset, qui cognita Superiorum Provinciae iniustitia, facile poterat ex processibus gravamen intelligere, ac in Superiorum erga subditos iniustitiam, ipsosq. Superiores rigide animadvertere. Fecit id aliquando Rmus Pr noster Generalis

in

in causa combusti Belzensis Conuentus per R. P. fr. Raphaelem, qui processum uidit, et causam ex processu ad Rmum P. generalem misso, optime cognouit, et postmodum correxit quae erant corrigenda.

Habuimus etiam in votis, quod isti extraordinarij Praesidentes modo indebito amplius non uenirent in Prouinciam, praesertim cum a Rmo fel. mem. Hippolyto nostri Ordinis magistro anno 1590. Junij 5. indultum sit, quod et ratum haberi uoluit, inquit ille, quod nulla petitio alicuius fratris, aut ex nostris fratribus a quocunq. in praeiudicium Prouinciae, aut Monasterij, uel alicuius personae ualeat, nisi fuerit a Prouincia nostra proposita, aut admissa: puniendos autem decernit idem Rmus fr. Hippolytus qui extra hunc modum praescriptum quidquam aggredi praesumpserint.

Hoc idem habemus ex Capitulo Vallisoletano 1605. ordinatae 36. pro Prouincia Polonia, ut nulla unquam petitio a quibuscunq. in praeiudi-

ciumd

cium eiusdem Provinciæ, aut Conuentus, uel alicuius personæ impetrata ualeat, nisi fuerit a Capitulo Provinciali proposita, et approbata. Idemmet R.mus modernus P.r noster generalis concessit in fauorem Provinciæ nostræ 1612. Romæ ordinat.e 3. ne publicæ pacis fundamenta, per acta Capituli generalis proximè præteriti stabilita aliqua ratione conuellantur. Nos mandatis, et ordinationibus Capitulorum generalium sæpius factis, et repetitis inhærentes, sub eodem præcepto formali, et pœnis in Constitutionibus de grauiori culpa statutis, Præcipimus omnibus, et singulis eiusdem nostræ Provinciæ Patribus, ac Fratribus, ne in posterum ulla conuenticula, seu conspirationes clancolarias, inscio Provinciali, et Patrib. Provinciæ legitimè simul in unum congregatis facere, aut subscriptiones extorquere, uel litteras cointelligentiæ mutuæ, aut sollicitationis fratrum ad factiones, siue contra Prælatos, siue contra aliquem ex Patribus sub quocunq. præ:

textu

textu scribere aliqui audeant, et secus facientes tàm ij, qui coetus extraordinarios fecerint, quàm illi, qui uel subscriptiones extorserint, uel his literis clanecularijs subscripserint, pro turbatoribus pacis publicæ habeantur, et poenis grauioris culpæ sine dilatione puniantur et si sint in officijs absoluantur. Ceterùm si quas subscriptiones ante hoc tempus aliqui extorserint, illas ut ad manus nostras, uel Pris Nri Vicarij generalis infra trium mensium spacium à publicatione præsentium Romam omninò transmittant sub ijsdem poenis, et censuris præcipimus. Quod si penes aliquem post præfatum tempus eiusdem scripturæ inueniantur supradictis poenis quisquis ille fuerit puniatur. Et cum Prouincia nostra habeat tanta, et talia in fauorem suum a RR.mis Patribus generalibus priuilegia, quibus fulta posset extraordinarijs præsidentijs obtentis clandestinè contraire; ut tamen sinceram suam mentem uniuersus Ordo uideat

P. V. admodum Rev. accepit in Commissarium, desiderans uel maxime radices istas dissensionum tolli, simulq. protestatur hanc acceptionem suam, quam facit, non debere ullum unquam præiudicium suis uiribus, et priuilegijs facere; nec enim humilitas illius præsens gratijs, et fauoribus Patrum nostrorum Rev.^mos impedimentum aliquod ponere debet.

Puncto secundo sic respondemus. Absit in dubium uocare R.^mi P. N. gnalis authoritatem, quæ docetur in nostris Constitutionibus, quarum obseruantiam iurauimus in professione. Hæc authoritas si præter Constitutiones alibi ostendatur, et nesciatur a nobis, excusabit nos ignorantia. Loca, quæ allegat Summorum Pontificum de authoritate R.^mos Patrum nostrorum generalium, leguntur in Summario Constitutionum fol. 277. cap. 25. et uidentur nihil aliud continere, nisi authoritatem talem, quæ non esse supra Constitutiones nostras. Si uero admodum

Rev.

Rev.ᵘ P. V. alia loca allegat, petitur, ut earum copias nobis tradat, ne nos per ignorantiam labi contingat

Puncto tertio sic respondetur. Contra Summi Pontificis Decreta os aperire non possumus, propter poenas, et excommunicationes latæ sententiæ factas a S. Sede Apostolica, et ab Ordine nostro negocium enim hoc inter Patres Ruthenos, et Polonos auocatum ab Ordine, et deductum ad tribunal S.ᵐⁱ D.ⁿⁱ N.ʳⁱ, ibiq. post uarias controuersias sæpius agitatas et discursum nouissime etiam et a S.ᵐᵒ D. N. Paulo V., cum esset Cardinalis, cum Ill.ᵐᵒ Cardinali de Aragona postmodum fuit decisum per Decretum Clementis VIII. fel. mem. Pontificis maximi, non obstantibus Capitulis generalibus Valentiæ, et Neapoli celebratis; nec non etiam rationibus oblatis pro R.ᵐᵒ M.ʳᵒ Ordinis, quæ contra Prouinciam porrectæ erant ad Tribunal Sedis Apostolicæ: Quod quidem Decretum cum omni reueren-

tia una cum executione ab Ordine acceptatum
ut patet in denunciatione 3. Capituli Vallisoleta-
ni de anno 1607. et approbatum a Clemente
viij. et a moderno Pontifice S.mo D. N. Paulo V.
et ab ipsomet Ordine authoritate S. D. N. uiuæ
uocis oraculo Romæ in capitulo denunciat.° 5.
illi concessa: idq. sub Generalatu Ill.mi Cardina-
lis Augustini Gallaminij.
Desiderat insuper Prouincialis una cum Patrib.s
ut in Dei nomine Rev.a admodum P. V. opus
sibi commissum secundum Constitutiones ag-
grediatur, et penitius quamprimum tollat ra-
dices litium, fugitiuosq. reducat ad terminos
suos secundum leges. Denique sciat Rev.a ad-
modum P. V. quod Prouincialis nomine Pro-
uinciæ suæ circa tertium punctum ratione
transactorum ex nunc prouocat ad R.mã P.
gnalem, et si oportet, ad S.mum D. N. De quibus
omnibus postulat dari informationem R.mo P.
Nro gnali, in cuius potestate erit, uisis ratio-
nibus

nibus Provinciæ facere pro iudicio suo, et
æquitate. Quod si postulatio non exaudiatur
a Rev.ᵘ admodum P. V. ex tunc provocat ut
prius, maxime cum eadem fundamenta vi-
deantur esse tertii, et secundi Capituli idem
enim prorsus dicitur per Rev.ᵘ admodum P. V.
ad tertium Capitulum quoad secundum.
Has ultimas Provincialis querimonias patien-
ter tulit Commissarius cum tali condicione, quod
non amplius bellum fieret chartaceum, quod
absq. aliqua conclusione in infinitum procede-
batur, addens: se minime in Poloniam contulisse,
ut inutiliter tempus tereret in similibus scrip-
tis, rescriptis, et disputationibus; sed potius ut
causas sibi commissas peragerét; nec satis
mirari, quod Congregati Patres adhuc obstina-
ti persisterent in respuendo Præfecto Capituli
Provincialis, sibi sub præcepto a general: Ma-
gistro præscripto. Tunc Provincialis Craco-
viensi Regenti mandavit, ut hoc punctum

decideret. Ill. se opposuit P. Commissarius, affirmando esse punctum tale, quod intra limites Cracouiensis Regentiæ non contineretur. Voluit tamen Regens citare Constitutiones distinct. 2. cap. 3. ubi affirmant eandem habere potestatem Priorem Prouincialem in sua Prouincia, quam gnalis Magister in Ordine, eandemq. sibi reuerentiam et obedientiam a Comprouincialibus exhibendam, quæ ipsi gnali Magistro, nisi præsens extiterit, præstatur. Cum autem Prouincialis non habeat potestatem in virtute Constitutionum mittendi Assistentem ad Capitul. electionem, nisi in duobus præmissis casibus concludendum est neq. ipsum Ordinis Magistrum id præstare posse. Ad Vysissponense autem Capitulum dicebat: signum fuisse manifestæ dissensionis talem in præcinctu electionis dedisse: Respondebat P. Commissarius authoritatem Prouincialis nullo pacto nec in sua Prouincia comparandam esse cum supremo, et generali dominio

mio

nio, non obstantibus praemissis Constitutionum encomijs de Provincial. munere, quae potius comparationem quandam, et similitudinem, quam aequiparationem, seu parilitatem praetexebant. Magister enim generalis exempli gratia Magistros, Baccalaureos, Praedicatores generales creare potest minime uero Provincialis, uel in sua iurisdictione, ut pleraq. alia silentio inuolueret. Praeterea generalem Magistrum non modo ratione sui muneris, uerum etiam privilegiorum sibi a Summo Pontifice concessorum summam in Ordine, uel supra Constitutiones habere authoritatem, de qua (addebat) non est uestrum disputare, sed obtemperare; dum etenim expressum praeceptum auditis, supponere debetis eum praecipere potuisse quae praecepit facienda. Nec propterea dicti Patres obmutuere; immo contenderunt non teneri ad parendum neq. ipsi Ordinis Magistro, nisi iuxta tenorem Constitutionum. Quod L. extraordinariam a Pontifice

obtinuerat facultatem, uelle ipsos dictorum priui-
legiorum participes fieri. Hunc tamen punctum
conclusit P. Commissarius, asserendo Prem genera-
lem esse nostrarum Constitutionum legitimum,
et unicum interpretem, cuius dictis standum erat:
Patribus congregatis in eorum obstinatione reli-
ctis. Ad tertium punctum P. Commissarius gra-
dum faciens, quoniam agnoscebat dictis non benè
Patribus satisfactum, in animumq. suum eos in-
duxisse se posse optimo quidem iure publicatis
litteris sese opponere eo titulo, quod essent sub-
reptitiæ, uel saltem contrariæ decretis Apostoli-
cis, et Capitulorum generalium: ideo clarè, et
absq. ulla circuitione asserebat se missum non
fuisse in Poloniam ad retractandas causas iam
decisas et per Apostolica et Capitulorum genera-
lium decreta, confirmatas; sed potiùs ad cogno-
scendum, ac terminandum eas, quæ denuò emer-
gent. Quapropter considerandum esse, aiebat,
duo controuersiarum genera inter utramq. pro-

uinciam

uinciam contingere posse: Aliud quidem contro-
uersiarum transactarum, quæ iam decisæ sunt
Apostolica authoritate, atq. ita quæ Patres asse-
rebant uera esse fatebatur, nec falcem suam
in hanc messem missurum: Aliud uero earum,
quæ tunc uigebant, et quæ in dies oriri poterant
qualis erat illa Conuentus Plasouiensis, de qua
in Capitulo Prouincial: in eo monasterio antea-
cto anno celebrato sic loquebantur. Supplicamus
Rmum P. Mrum Gnalem, ut Conuentum nostrum
de Plazouia, acceptum nuper a Rev. P. Prouin-
ciali Prouinciæ Russiæ iubeat nobis reddi, nam
intra limites est Prouinciæ nostræ Poloniæ.
De istis ergo, et similibus dubijs absq. alia Rmi
consultatione habemus supremam authorita-
tem ad iudicandum usq. ad diffinitiuam sen-
tentiam, ut clarè constat ex nostris priuilegijs
cumq. a prædictis Patribus sibi obiectum fuisset
quod de futuris contingentibus non datur scien-
tia, uix risum tenens P. Commissarius, illos

increpuit, tanquam extra chorum saltassent, et axioma ad rem nihil faciens auderent coram eo in medium adducere. nunquid (aiebat) non clare, et perspicue locutus sum? nunquid Providentia causa est futurum contingens? nunquid non est praesens controversia, quam Rmi. decidere in vestrum favorem postulastis? ecce quod per semet praestare non potest, per me ipsum praestare vult, potuitque simul suis ministris facultatem impertiri, ad praecavendum, et recte disponendum de futuris; et dum similes quaestiones contingant, de illis sententiam ferre

Recalcitrat P. Prouincialis, qui renuit loco cedere P. Commissario, contendenti ex cō:suetudine illum sibi deberi. Cap.

Die sequenti eundem lapidem reuoluens P. Prouinicialis, neq. euidentibus P. Commissarij rationibus acquiescens, quiq. occasionem quaerebat graue Commissariatus iugum ab humeris excutiendi, opposuit P. Gnalem nullam adhuc notitiam habuisse sui Capituli Prouincialis, neq. petitionis sibi factae de monasterio Plesouiense, cum negotium istud vix eo anno exortum fuisset in Colonia Plasouiensi, super quo Prouincia, quae erat Actrix nedum transmiserat informatione ad Rmum P. Generalem, sed illud usq. ad futurum Capitulum distulerant. quomodo ergo (aiebat) status istius controuersiae potest esse notus Ordinis Magistro! ea autem, quae accidere possunt inter has Prouincias, quorum ratione P. Commisarius uellet iurisdictionem obtinere nota

magistro esse non possunt, praesertim cum Prouinciae Poloniae nulla res sit cum Russia (prout protestatur) post dissensionem illam grauissimam, et omni cum rigore executioni demandatam iuxta Romanorum Comitiorum decretum de anno 1608. quamuis, ut dictum est, habeat quasdam personales, maxime de iniuria S. Hiacynthi. Consideratio ergo ista iurisdictionis P. V. in causis istarum Prouinciarum Poloniae, et Russiae maxime nos tenet ob causas etiam alias suo tempore ab ijs exponendas, quorum interest. Constat enim ~~ante~~ quam noster Magister ad talem honorem ~~Prouinciam~~ elatus esset, imò a uiginti annis nullas fuisse controuersias, discrimina et dissensiones, praeterquam quoad monasteria, et terminos uel ad minus explicet P. V. controuersias, quae nunc extant, exceptis ijs Conuentuum, et terminorum, ne ignari labamur. Deinde his diebus duo alia a P. re Commissario facienda proposuit. Primum antequam

quidquam

quidquam aggrederetur, oporteret fugitiuos Reducere iuxta sibi præscripta: et quoniam socius quem elegerat inter illos computabatur, ab eo incipere debebat, ne suspectus redderetur, alijsq. præberetur occasio detrahendi, insultandi, eandemq. uiam tenendi, contra quem instabat causa criminalis, per Patrem Seppilum introducta: tum quia idem Pater ex Cracouiensi Conuentu aufugerat, et apud officium suum alias actiones habebat contra ipsum. His ita satisfecit P. Commissarius: se quidem non elegisse in socium Patrem Arnolphum, cum suum socium Italum e Polonia propediem expectaret: ~~atq.~~ interim necessitate compulsum uti opera illius Patris Arnulphi cuius causam se ipse cognitarum, et quid ius, æquitasq. postularent se facturum spopondit. Instetit secundò Prouincialis, ut P. Commissarius euellere inciperet radices litium, et controuersiarum absq. ulla ratione, sine consilio, sine amore, sine odio, sine procrastinatione, iuxta

ta a legibus praescriptum, protestans proprio, et RR. Patrum Assistentium nomine, quod si quaprimum ea non fuerit executus, ex tunc ad Rmum P. Prem gnalem et si opus fuerit ad Smum prouocabant.

Non dum P. Commissarius locum sibi debitum obtinuerat, in quo grauissimas reperiebat difficultates, futurumq. etiam scandali certò sciebat. Quare in quodam loco separato, et extra aliorum ordinem in Congregationibus sedebat, et in sua cella priuatim reficiebatur. Istam ergo nactus occasionem, se promptum exhibuit ad peragendum quaecunq. Prouincia postulabat, quo aggredi nullo modo poterat, nisi Prouincialis loco cederet, quem super capita et membra obtinere debebat. Quo audito omnes insultare coeperunt, contendentes ipsum nulla ratione praecessurum neq. Prouinciales, neq. Monasteriorum Praefectos, neq. alios Magistros ipso antiquiores; sed solum obtenturum locum pro

magisterij

Magisterij antiquitate: quia tamen serò erat et res ipsa satis grauis, ad futuram Congregationem postero die habendam dilata est.

Sequenti autem luce P. Prouincialis cum PP. Assistentibus optimè instructi, uarijsq. scripturis onusti ad Congregationem accesserunt, probaturi tam uirtute Constitutionum, quàm litterarum Patentium Magistri Ordinis, Pri Commissario nullum alium locum deberi, quàm quem ratione suæ professionis, Doctoratusq. sibi comparauerat: Virtute quidem Constitutionum, quia illæ nec uerbum faciunt de Commissario: Virtute litterarum Patentium, quoniã in illis nulla prorsus mentio fiebat de loco, quẽ esset habiturus, quasi illum ad Constitutiones, et consuetudinem Ordinis referens: Quod si generalis Magister uoluisset eum in digniori, quàm Prouincialis, loco constituere, ultra quod disputandum esset, an id esset sui muneris, debuisset hoc non dubijs, non ambiguis uerbis, imò sub

grauissimis pœnis præcipere. Ad quæ P. Commissa-
rius: Ex nostris Constitutionibus clarè constat
quem locum Vicarij generales, quem Prouincia-
les, et Visitatores obtineant: de Commissarijs
autem, ut uos quoq. asseritis nullam mentionē
faciunt: Quare standum est hac in parte con-
suetudini Prouinciarum, quæ est optima le-
gum interpres; Cumq. Commissarij Magistri Or-
dinis in hac præsertim Prouincia locum obti-
neant secundum consuetudinem supra omnes
eiusdem Prouinciæ Alumnos, tam capita, quā
membra includendo etiam ipsum Prouincialē
propterea P. Commissarius omnibus, et uel ipsi
Prouinciali præesse debet: idq. communiuit exem-
plo P. M. Landij sui Prædecessoris, quem omnes
Patres Congregati norant, testesq. oculati erant
qualiter Prouinciali præcessisset: Tunc sub-
didit Prouincialis: et nos in contrarium addu-
ximus exemplum P. M. Hiacynthi Succij, quem
similem locum ambientem, dum esset in hac Pro-

uincia

uincia Commissarius, Ill.mus Cardinalis Gallamini=
nius, dum adhuc esset Ordinis Magister, dupli=
ci Epistola acriter redarguit, altera ad P. Pro=
uincialem, ad ipsum P. Hiacynthum altera
exaratis, quibus quoque uim Constitutionum
declarat. Prima talis est.

Hò riceuuto la lettera di V. P. m. R. de' 22. di
7bre, e con essa l'amoreuole congratulatione,
che si compiace passar meco della mia promo=
tione alla dignità del Cardinalato, di che li
rendo molte gratie, et insieme desidero, che con
le sue Orationi, e di cotesta nostra Prouincia
m'aiuti appresso di Dio Nrō Sig.re, acciò eser=
citi io questa nuoua carica, come conuiene
in seruigio suo. Nel particolare del P. Com=
missario costì destinato, si come il desiderio
mio, è che egli con V. P. m. Reu. passi amo=
reuolmente, e con ogni carità tratti seco così
mi duole intendere, che uoglia eccedere i ter=
mini della sua Commissione, quale è termi=

to di mostrare, acciò si sappia l'autorità, che tiene, e conforme ad essa si possa il tutto regolare: Onde V. P. m. Reu. potrà senza strepito farsela mostrare, e uedrà in essa, che non gli è stato dato luogo, ne superiorità sopra di lei, nemeno che possa fare assegnationi, ne intromettersi nell' ordinario gouerno della Prouincia. Il tutto procuri fare V. P. m. Reu. con destrezza senza suscitare nuoui romori, et insieme saluando l'autorità dell' offitio suo di Prouinciale, si come è stata sempre l'intention nostra. con che fine all' ocationi sue mi raccomando Roma 16. Nouembre 1611.

V. A. Reu. P.

Conseruus in Dño fr. Augustinus Galaminius S. R. E. Card.lis, et Mag.r Ordinis.

Exemplar autem posteriorum litterarum ad P. Mrum Hiacynthum Succium est quod sequitur.

Sono stato auuisato, che la P. V. nell' essercitio di

Commissario

Commissario in cotesta nostra Provincia pre=
tende alcune cose di più della facoltà da me
datali in cotesta Commissione, eccedendo li ter=
mini di essa, e non volendo mostrare la paten=
te, in vigore della quale è Commissario, la quale
è venuta a mostrare; e se bene non si dà facil=
mente credito ad ogni cosa, che si dica, mi è par=
so però bene con queste due parole avvertire
la P. V. che in modo alcuno non tenti d'usur=
parsi quell'autorità, che non hà, e che mostri an=
cora liberamente la Patente ottenuta, acciò
si sappia quello, in che ella deve essere obedita,
e levarà l'occasione da dirsi di lei, che pretende
superiorità, e luogo sopra il P. Provinciale
della Provincia, che è pure suo Prelato. E però
mi persuado, che la P. V. procederà prudentemte, e
prontamte. esseguirà quanto gl'ordino. Finisco raccō=
mandandomi alle sue SS. Orationi Roma 12 9bre 1611.
V. A. R. P.

Conservus in Dño fr. Aug. Galaminus S. R. E.
Card.lis et Mag.r Ordinis

Idem etiam constare potest ex litteris moderni Rmi: Generalis ad eundem P. M. Hiacynthum missis, quarum tenor est qui sequitur.

Cum multa coram Judicibus a Rmo Diffinitorio proximè praeteriti Capituli generalis deputatis proposita fuerint: volentes nos pro debito nostri muneris opportunum adhibere remedium, ut resecatis uitijs, uirtutum germina succrescant, tibi R. P. Mro fri Hiacyntho Succio nostrae Prouinciae Poloniae in uirtute Spiritus Sancti, et S. obedientiae sub formali praecepto praecipimus ut infra spacium trium mensium a notitia praesentium inclusiuè ad sequentes articulos contra te propositos

Pus quod Commissionis tuae lras officiosè requisitus: ostendere, et earum copias extradere noluisti; imò uero ob hanc requisitionem ab officio Prouincialem absoluere minabaris.

2us quod locum et praesidentiam supra Prouincialem tibi usurpasti, litteras Patentes per Prouin-

ciam

ciam, quam extendens authoritatem sine scitu Provincialis publicasti; et quamuis in conuocatione Lublinensi secum Provincialis de authoritate usurpata contenderet, ab ea nihilominus desistere noluisti &c.

Ex his omnibus in unum congregatis inferebant P. Provincialis cum Patribus conuocatis, consuetudinem Provinciæ in contrarium potius esse: Commissionis nullum alium locum assignauisse, quàm illum suæ professionis, et magisterij: Ad quæ omnia respondit P. Commissarius inter ipsum, et Prem Mrum Hiacynthum Succium, et inter utriusq Commissariatum latissimum esse discrimen: ille enim assignatus erat in Provincia Polonia, neq. ab obedientia sui Provincialis exemptus: datus tamen a Rmo. Generali uelut inspector potius, et socius P. Provincialis, quam ut Provinciæ Commissarius, ut ex ijsdem litteris modò reseratis liquido constare poterat: ipsum uerò neq. ad istam

istam Provinciam spectare, nec inspectorem, aut socium P. Provinciali datum; sed quemadmodum authoritate: ita et loco praestare debebat eodem prorsus modo quo et loco, et authoritate excellebat erat Commissarius, illius Praedecessor P. M. Landium ut antea asseruerat. Tandem his uerbis conclusit: Sed quia uos recalcitrantes considero, mihi ipsi, dignitati meae, et Rmi. Pris generalis consulam. His dictis euasit, Patresq. magistri, qui ex Cracouia congregati fuerant, sibi timentes, ne in fauorem Provincialis pronunciassent Varsauia relicta ad eorum Monasteria reuersi sunt

Causam F. Vincentij Tarcinatis suscipit P. Commissarius: P. uero Prouincialis illum a suo Officio prouocat. Cap.

Voluit interim P. Commissarius aliquem suae iurisdictionis actum exercere, simulq. experiri, utrum P. Prouincialis executioni quoque illius se se opponeret. Erat in eodem Varsauiensi Conuentu quidam Fr. Vincentius Tarcinas nuncupatus, in Italia ad Lectoratus gradum promotus: quem P. Prouincialis inter numerum Lectorum admittere renuebat, eum indignum tali honore, ac prorsus ignarum reputans: hunc ergo uoluit P. Commissarius examinare ut agnosceret, an re ita se haberet: quod quum primum ad P. Prouincialis aures peruenit, statim huiusmodi scriptum ad eum misit.

Postulat P. Prouincialis a Reu. admodum P. V. ut sistat ab examine P. fris Vincentij, cum non adsit hic studium generale, in quo de

iure sit examen Lectorum, non tantum propter litterarum imperitiam; sed etiam propter vitae, ac morum improbitatem, iuxta praescriptum a Bononiensi Capitulo de anno 1617. celebrato. Mores autem praed.ti P. Lectoris (cuius titulus non admittitur) tales sunt, ut non promotionem; sed oppressionem promereantur, cum sit discolus, et profugus, ac modo è Boemensi monasterio fugerit absq. ulla causa ad P. V. admodum Rev.dam. Et quamvis Capitulum generale, et solus P. Generalis supremus Ordinis Moderator quandoq. ex iusta causa possit extra generale studium examinare, et promovere; non tamen eius Commissarius, cui nulla similis authoritas conceditur. Quod si P. V. admodum Rev.da hoc examen peraget, protestor solemniter contra ipsum tanquam contra usurpatorem authoritatis in praeiudicium officij, et legum. Datum 27. Februarij 1617.

Fr. Laurentius Leopol.s Loc. m. pp.

Provinciali ita respondit P. Commissarius. Quic
quid sit de examine solemni, quod P. Vincen-
tius Carcinas iam subiuit in Italia, ubi ad
gradum Lectoratus promotus fuit, affirmat
P. Commissarius se uelle iuridicè procedere ad
sententiam diffinitiuam, proferendam in cau-
sa Lectoratus præd.i Patris, quæ iuridicè pen-
det ante ipsius tribunal; ad quam determi-
nandam habet plenissimam authoritatem
a P. General.: quia tamen ipse se non me-
diocriter grauari affirmat, eo quod titulo igno-
rantiæ, et inhabilitatis a præd.o gradu exclu-
datur, necessarium iudicauit præd.m Patrem
priuatè examinare, ut certus sit, an ~~habilis~~,
an inhabilis sit ad prædictum gradum: Quare
citat ad suum officium admodum R. P. V. ut
producat alias, si fortè habet rationes contra
Lectoratum istius Patris præter eas, quas re-
fert in suo Scripto: quod si non præstiterit
ex nunc pro tunc censeantur nullæ, et in-

ualidæ

ualidos. Datum in nostro Conuentu S. Hiacyn-
thi 17. februarij 1613.

Fr. Arnolphus Lector, et Soc. Gn. P. q.

Aegrè nimis tulit prædictam citationem P.
Prouincialis, a qua sequenti responsione se
purgare contendit.

P. Prouincialis, qui Prælatus est Ordinarius, et
legitimas gerit vices Rmi. P. Generalis, non te-
netur, nisi ad eius tribunal rationem redde-
re, præsertim cum ex litteris Illmi. Cardinalis
Galaminij olim generalis Commissarius pro
præcipuis negotijs missus, subiectus fuerit
Prouinciæ Prælato, ad quam fuit destinatus
et quoniam P.V. Patentes nil aliud continent
nisi mandata quædam Rmi. P. Grialis, de quibus
aliàs fuit sermo, uehementer miratur quod
audeat coram se ad iudicium uocare virum,
qui digniori fungitur munere ad instantiam
P. Carcinatis qui talis est, qualis P. V. fuit
insinuatus. Videat quæso quanta, quot mala

ex

ex huiusmodi processu P.V. immineant. quili-
bet frater à correctione regulari sui Praefecti pro-
uocare poterit, et citare Praelatum suum ad P.V.
Haec non nisi cum magna totius Prouinciae per-
turbatione, et scandalo fieri possunt, cum simi-
les turbas nunquam antea experta sit. Consequen-
ter Prouincialis sua spoliatus erit authoritate
propter accusatiunculam fratris unius discul.
et crudelitatem P.V. cuius authoritatis nulla
fit mentio in suis litteris Patentibus. non haec
equidem expectabamus, quae cum promissis non
concordant. non tollet P.V. lites, et controuersias
sed fouebit. maiorem seditionum flammam
susscitabit, si profugorum, et disculorum fratrum
Patronus esse uoluerit, et si plus nequam cred-
derit, quàm Praelato experientiam habenti. Quod
si P.V. haec, aut similia attentare uoluerit
seditiosis fratribus ostium aperiet quò ad tumul
tus prosiliant, et religiosae continentiae iugum
è dorso excutiant; dum clamat profugo pa-

trocinatur ex nunc, pro tunc praesenti scripto omni meliori modo, et forma in, et contra Rev.do admodum P. fr. Damianum Fonsecam Magistrum, et Commissarium R.mi P. nostri Generalis, solemniter P. Provincialis Poloniae nomine suo, et suae Provinciae protestatur, et ab eius commissione in toto, et in omnibus eius punctis provocat ad R.mum Generalem Magistrum qui solus Provinciae praesidet, nec unquam in animo habuit (ut ex Patentibus eiusdem constat) conturbandi Provinciam nostram. Pater enim optimus est, pacis amantissimus, et paternae charitatis Zelator ac regularis disciplinae, et si opus fuerit, provocat ad S.mum ut supra.

Hanc protestationem tradidit P. Laurentius Socius Provincialis P.ri Commissario Dominica quarta quadragesimae de mane dum ad concionandum iturus erat (conciones enim per quadragesimale illud tempus habebat ad Ill.mum Nuncium

et

et Nationem Italicam) qui non mediocriter turbatus antequam templum peteret factum narrauit ipsi Nuncio, qui ante quàm in templum descenderet, mandauit Auditori, ac Notario, ut praed. P. Prouincialem Varsauiae arrestaret: quod cum Prouincialis praecauisset, superiori nocte iam omnia ad iter arripiendum composuerat, et dum idem R. P. Damianus Fonseca proficisceretur ad concionandum aufugit ante quam Auditor ad Monasterium perueniret, mandans eius alumnis ne praed. Prem ut Commissarium agnoscerent, imò debitam denegarent hospitalitatem. Quis nunc uerbis exprimat iniurias quae ab illius Monasterij alumnis illatae sunt, quot passus fuerit incommoda, quot subierit pericula. Iam in uitae discrimine constitutus, cum ij fratres se uenenum propinaturos sponderent, n: abiret et a prudentibus Viris suasus, ut furorem illum effugeret, atq. apud Bernardinos se reciperet. Respondit fr. Damianus se posse, uel

leg.

leg. defendere cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ, quod se executurum affirmabat, et talem notam suo ordini in suis Patribus inferret quod scilicet vellent eorum Commissarium veneno interficere. Ad Prem autem Provincialem sequens dedit responsum.

Affirmat P. Commissarius, se uti iure suo dum ad impraesentiarum causam Rev. P. fris Vincentii Sarcinatis Lectoris apud ipsum iuridice pendentem usque ad ultimam sententiam perducere vult. et quod hoc praestare possit, constat ex ipsius Patentibus litteris, in quibus sic habetur. Tenore præsentium &c. instituimus &c. nostrum Commissarium &c. ad occurrentia dubia, negocia, lites, differentias, & controuersiàs, prout de iure tractandas, & usq; ad diffinitiuam sententiam inclusiuè determinandas, et iterum dubia omnia nunc, & in posterum emergentia prout de iure & iuxta tenorem nostrarum Constitutionũ

&

& ordinationem capitulorum generalium resoluenda & tandem ad quæ omnia præstanda omnem necessariam authoritatem, & potestatem sibi concedimus. Cum ergò negocium sit lis, differentia, controuersia, ac dubium, utrum P. Fr. Laurentius Carcinas gaudere debeat titulo, et priuilegijs Doctoratus, an non, et P. Commissarius iuridicè fuerit requisitus, ut in hac controuersia sententiam ferat, non tantùm potest: uerùm et tenetur talem sententiam ferre; nec propterea censendum est P. Commissarium discolorum patronum esse uelle; sed ipsis quoque, quamquàm sint discol: ius administrare: (Iudex enim ad quid constituitur, nisi ut lites tollat, et ne partis potentia partem inopem obruat) quod si secus ad Rmum Ordinis Magistrum confugient: Ordinem ipsum subuertent, ad Smum prouocabunt. non ita planè a Rmo. Prē Gnali mandatum

est Pri Commissario in suis instructionibus. Legat P. V. admodum Revda primum scriptum, quo P. Commissarius uti talis in hac Provincia accipitur, et dum sermo fuit de radicibus discordiarum istius Provinciae, inventi sunt Patres optimi ita reverpsisse Authores tantorum malorum inquirat sine respectu, & prout incorrigibiles iuxta praescriptum legum perveniat &c. quod absque dubio de Prioribus etiam intelligebant, quemadmodum et mihi saepe, ac saepius confirmavit. Si ergo P. Commissarius habet authoritatem animadvertendi in Praefectos monasteriorum ad extinguendas controversiarum flammas, nonne etiam habebit ad cognoscendas causas, dubia, et controversias, si aeque, et absque discrimine de utrisque suae literae Patentes loquuntur? Quare ergo ultimo opponit P. V. admodum Revda, quod Praefecti monasteriorum authoritate caderent, si P. Commissarius ius administraret

ministraret

nistraret: promisit P. V. admodum Rev. cum optimis Patribus bona fide P. Commissarium in re sibi commissa adiuvare, et nunc solus absq. optimorum Patrum, et Magistrorum consilio administrationem iustitiæ impedit: quarum ipsi certè approbare non possunt. Quod autem Illm.us Cardinalis Salaminus, olim nostri Ordinis dignissimus Magister, in privatis epistolis scripserit: R. P. M. Petrum Hiacynthum suo Provincial. subiacere, nihil obstat, ipse enim, ut supra retulimus, istius Provinciæ alumnus erat, nec ea, qua Fr. Damianus, authoritate pollebat; sed datus fuerat inspector, et socius Pri Provincial. ut constat ex ijs litterarum suæ facultatis Pro hac vice duntaxat præd.o R. admodum Pri Provinciali Provinciæ Poloniæ ex Patribus Provinciæ Poloniæ comes aliquis adhibeatur, qui sibi titulo Commissarij tantisper assistat. Cæterùm præsens P. Commissarius Judex est independens a P. Provin=

ciali omnium prædictarum causarum, quas omnes cognoscere poterit absq. tot scandalis, et perturbationibus, quot P. V. admodum Rend in medium adducit: vocati enim partes ad suum Iudicem accedent. Quare summopere miratur, quod R. P. Provincialis solus absq. Patribus optimis Provinciæ, qui sancto, ac pio zelo præditi, nolent certe, quod Provincia ista tam celebris, et Religiosa inobedientiæ crimine in suum Antistitem in æternum maculetur, protestetur de suo Commissariatu, P. ulterius harum Novitatum Rmo. Pri nostro Generali rationem reddet, cuius iudicio stabit, nec latum quidem unguem a sui supremi Prælati voluntate, et mandato, tanquam obedientissimus illius filius discedet: idem a P. V. admodum Rendo præstitum iri confidit. Actum Varsaviæ die 16. Januarij 1617.

Conqueritur P. Commissarius cum PP. Cracouitis de temeritate P. Prouincialis, qui respondent, Regiq; & D. Nuncio lubricum statum sui Commissariatus exponit. Cap.

Minime latebat P. Commissarium, Prouincialem ad Patres Cracouitas, ut ad suum asylum confugiturum. Quare exemplar protestationis eiusdem cum rescripto in praecedenti capite contento, quo de sua temeritate a P. Commissario redarguitur, transmisit ad Patres Cracouitas una cum suis literis, quibus acriter conquestus fuerat de P. Prouinciali, propterea quod ausus fuisset in similem, atq; adeo temerariam protestationem prorumpere, et ipse solus infringere quod plena Congregatio Optimorum Patrum, matura adhibita deliberatione perfecerat circa acceptionem sui Commissariatus.

Hac praemissa diligentia, nulla mora P. Com-

missarius ad D. Nuncium asylum suum con-
fugit, procellis a suis fratribus excitatis agitatus, cui retulit quaecunque acciderant in suo monasterio, fidelique vitae quod imminebat periculum, cum fratres minitarentur eum se veneno sublaturos ~~fore~~ nisi abiret. Quo audito D. Nuncius in ea confirmatus sententia, suasit ut quamprimum ad Monasterium Divi Francisci de observantia (Bernardini in Polonia nominantur) ubi ipse quoque sese tenebat, accederet, ubi congruum ac religiosum domicilium et sibi, et socijs ut daretur, curaturum spopondit. In eandem prorsus sententiam iverunt eius Auditor, alijque egregij viri. Caeterum renuit P. Commissarius hanc notam suis fratribus inurere, prout alijs quoque, qui idem suaserant respondisse retulimus in praecedenti capite. Continere tamen se minime potuit D. Nuncius quin debacchar etur non tantum in Patres Provinciae, qui loco, et iurisdictione, quam Rmus in suis

litteris

litteris non expresserat, cedere nollent, quantis in eundem R.mum Ordinis Magistrum, qui ad partes ita remotas, et barbaras, quae uel ipsis Bullis Pontificijs saepè saepiùs se se opponebant, easq. ad sui beneplacitum interpretabantur, ministrum destinasset, quem neq. Visitatorem instituerat, neq. claram, et distinctam authoritatem participarat neq. de loco ullam prorsus fecerat mentionem ex quo necessariò futurum erat (quod docebat experientia) ut Praelati Conuentuum, et Prouinciae, quemadmodum loco: ita authoritate, ac iurisdictione eorum Commissario se praecedere debere contenderent, cum in ijs partibus capere non ualeant qualiter quis loco cedere, et authoritate praecedere possit. Quamobrem Ordinis Magistrum per litteras increpauit, quasi supremam suam authoritatem per suum Commissarium in dubio exponeret, cum iste ut subditus haberetur deinde cum obtestatus fuit, ut quam primum claré, et dilucidè totam suam authoritatem, cum

loci dignitate in eum conferret, cum expressa declaratione, quod detrectantes mandata coerceret, Praefectos abrogaret, honoribus privaret, deponeretque a suo munere Provincialem. Sin daret hanc facultatem protestabatur de omnibus scandalis, quae exinde oritura erant, fratrum rebellionibus, et Provinciae interitu, subdens: se ulterius huiusmodi negocijs non immixturum. Deinde P. Commissarium hortatus est ut Regem adiret, moneretque de omnibus, quae cum suis fratribus sibi acciderant eiusque intercessionem apud Summum Pontificem, ac Ordinis Magistrum imploraret, ut sic pro eius Regni beneficio posset Dominicanam familiam officio continere, atque muneri proprio satisfacere.

Regem igitur adiuit pro felici sui Regni statu, ac populorum quiete illius opem et auxilium imploraturus: ad cuius aspectum statim Rex maiestate deposita, subridens ait: itaque aufugit

git: Provincialis potestatem timet. Tunc P.
Commissarius lubricum suæ Provinciæ statum
exposuit: addens se in Poloniam contulisse, non
ut aerem mutaret, sed ut suæ familiæ bono (ex
quo illius Regnorum quies magna ex parte pen-
debat) totus incumberet, seq. propterea paratis-
simum esse non modo ad tolerandas Fratrum in-
sidias, sed ijs uitam ipsam exponendam in pro-
prij muneris executione. Cæterum si neque Her-
cules contra duos, quùm possit unus in alieno
solo tàm multis in proprijs patrijs Conuentibus
obsistere, seu quidquam boni efficere, nisi à Ma-
iestate sua tàm in Vrbe, quàm in Polonia bra-
chio Regio protegatur. Quapropter serie expo-
taret, an sua Maiestas Visitationem, et Refor-
mationem Dominicanæ familiæ suo Regno
necessariam existimaret, uelletq. illi uiriliter
assistere, quo casu spondebat se Dominicanos
Alumnos suæ Maiestatis ditioni subiectos ad Re-
ligiosam uiuendi formam quamprimum Reda-

ctuum

curiam: sin minus aiebat se nolle ad instar Solis Martij humores commouere, et non resoluere; sed satius esse, ut post quam uisiset domum B. Virginis Loretiensem Romam remeare. Ad haec Rex, qui patienter totum R. Commissarij sermonem audierat, eum pro more ad capita redigens singulari suo ordine satisfecit. Gratulatus est primum, egitque gratias, quod pro Regnorum suorum bono tantum uiae emensus esset, et tam laboriosam ac lubricam uisitationem aggressus, quam (subdidit) fore non modo utilem, sed pernecessariam, praesertim quia Prouincialis tanto oneri sustinendo non erat; nec non Magnates sui Regni non modicum percipiebant scandalum uidentes uiros religioni addictos, ex mendicantium ordine uehi quadrigis cum maximo comitatu, ac pompa non sine magno sumptu non secus ac si Regni Principes essent. et ad fastum sustinendum usurpauerant

pro

pro tempore Provinciales egregiam villam pau-
perculi Monasterij a qua supra mille aureos
quotannis extrahebant, eamq; per suos consangui-
neos colebat, patiendo quod ibidem luxus, crapulæ,
et alia huiusmodi exercerentur, quibuscum ipse
quoq; Provincialis, sæpè pergræcabatur. Dolebat
præterea de nonnullis Varsauiensis Monasterij
Alumnis, qui scandalosè ac luxuriosè uiuebant
et inter scortes uersabantur; tunc afferri ius-
sit pallium nigrum, quem quidam ex Domi-
nicana familia, non ut fugeret (ut olim Joseph)
meretricem; sed ne cum ipsa ad carceres trahe-
retur, in manibus satellitum reliquerat: qua-
re iussit eum bono animo esse; se sua autho-
ritate semper illi præsto futurum, ac postu-
laturum à Pontifice, ut officium Commissa-
rium instituat, et ab Ordinis Magistro, ut
totam suam authoritatem in eum conferat.
Interim superuenit responsum à Cracouiensis Pa-
tribus, qui ægrè tulerunt indiscretam Provin-

cialis

cialis prouocationem in P. Commissarium, et ne illi assentiri uiderentur, pro eodem Commissario in Prouincialem sequentibus literis pronunciarunt.

Tardius quidem uenit responsum nostrum, et necessario propter aduentum R. P. Prouincialis nostri Cracouiam dilatum, ex cuius informatione nonnulla immutare necesse erat in litteris nostris responsoriis. Accepimus itaq. litteras a P. V. admodum Reu., quas legimus, relegimus, ~~dolentes~~, quod spem nostram, priamq. quam conceperamus expectationem istius Monasterij perfidia frustretur, et rem, quam propediem nobis restituendam credebamus in maius ruere praecipitium aduertimus. Vnus Deus eam restituere potest. Graue nimis ferimus quod P. Prouincialis P. V. iurisdictionem impedierit, ne causas huius Prouinciae cognoscat. Absit ulterius. Hoc non permittit aequitas, et obseruantia in Superiores, neq. pax communis.

imo

imò afficiet non mediocriter quemque bene sentientem. Hac de re serio etiam locuti sumus cum R. P. Provinciali nostro, qui omnino negat id aliquando factum fuisse. Conqueritur tamen de modo, quo P. V. se gessit, qui plurimum ei displicuit, et occasionem dedit suae provocationi ad Ordinis Magistrum. P. Fr. Vincentius Carcinas qui sit novimus: hominem indignum planè, qui fungatur Officio Lectoratus propter illius mores detestandos. Mores emendet, intentum habebit: At veremur ne cum habeat delirium, et malignitas (quod absit) intùs non lateat.

De scripturis annexis quid sentiendum sit cora accipiet ex RR. PP. Magistris, qui veniunt ad P. V. Cognoscet et alia, videlicet quod pro bono pacis, observantia in Superiores, et pietate erga Rev. admodum P. V. non deerimus. Interim eam valere iubemus, eique cui etiam a Deo omne bonum precamur, et in hoc negocio feli-

citatem. Datum Cracouiæ 18. Martij 1617.
Admodum Reu. P. V.

Addictissimi
Fr. Erasmus Mr. Prior Cracouiensis manu propria
Fr. Jo. Crisostomus Regens manu propria

Dum autem P. Commissarius nuncios a Cracouiensibus Patribus praestolatur, Cælitibus ex corde sibi commissa commendabat, quò ea absq. maiori nota a periculo, in quo uersabatur liberaret: in cellam cibariam cum caeteris conueniebat, et nihil singulare ad se adduci patiebatur; sed sine ordine ex communibus fratrum ferculis ad se reficiendum aliquid accipiebat: Cum autem Patres eum uiderent obstinatum, neq. abire uelle, uictum, et (cum brumale tempus urgeret) ligna denegarunt Unde è Domo Dni Nuncij sibi omnia afferri curauit, praesertim uinum pretiosum, quod identidem alijs fratribus, ut ruborem faceret propinabat.

Interim comparuerunt expectat. Nuncij Cracouiæ

at

uti P.P. Magistri Crisostomus, et Thomas cum litteris publicae fidei tenoris sequentis.

Pro quibusdam negocijs mittimus ad Rev. admodum P.V. Prem Jo. Crisostomum Magistrum, obnixe eã precantes, ut solita cum benevolentia excipiat, votisq. eius, imò ulterius omnium nostrum beni-gnè annuere dignetur, quam benè, diuq. valere cupimus. Cracoviæ 18. Aprilis 1617.

Admodum Rev.do P.V.

Addictissimi

Fr. Erasmus Mag. Prior Cracoviæ manu propria
Fr. Thomas Mag., Fr. Nicolaus Mag., Fr. Adamus Mag. manu propria.

Cum istis litteris ~~obtulerunt~~ reddiderunt Nuncij eidẽ Commissario alias a P. Provinciali sub sequenti forma.

Nunquam in mentem venit in dubium vocare iurisdictionem Commissarialem admodum Rev. P.V. quã habet in universa nostra Provincia: methodum in:

ordinata

ordinata, ordo incompositus (ut mihi uisum fuerat) quem meum Patres non probauerunt, uoluntatem, atq. omnium nostrûm mentem perturbauit. Perspectum itaq. cum sit sensus P.V. ex relationibus RR. PP. qui Varsauia Cracouiam reuersi sunt, uelle scilicet quæ minus ordinatè peracta sunt obliuioni tradere, atq. obliterare: ego quoq. quantùm in me est, à prouocatione mea, quam 19. Februarij 1617. feci subsisto, neq. eam prosequi uolo: Iurisdictionem Commissarialem, prout decet, agnosco, ut semper agnoui: eam ut quantò citiùs pro salute, et pace Prouinciæ exerceat expecto: Congressum, quem ciet ego quoq. existimo pernecessarium. In uotis esset quod non Socłazouiæ ubi locus omnium nostrum commoditati conueniens non est, sed in alio ampliori Monasterio ubi neq. uictum, neq. locum pro equis præsertim desideraremus, haberetur. Sin minus nobiscum experiatur in quantis reperiatur angustijs monasterium illud, neq. oppidum huiusmodi est,

in quo

inque necessaria victui, et equorum pabulo ve-
num exponantur: necessariumq. erit non secun-
dum tempus amicis, et benefactoribus nos mo-
lestiores, et importuniores esse: quod non sine
aliqua eorum aversione fiet. Congressum pro
die 10. Junij indicendum proposui: idq: propter Ro-
gationum ~~Pentecostes~~, et Corporis Xpi festa. Et
hac de causa literas dedi ad RR. admodum
Patres Magistros Provinciae. Rev.do admodum
P.V. bene valere cupio. Cracoviae 18. Aprilis 1617.
Rev.di Admodum P.V.

Conservus in D.no
fr. Joes Prolis Poloniae Ordinis Praed. m. Pro.a
Cum vero P. Commissarius videret Provincialem
ex statu errorem suum agnovisse: Patresq.
Cracovienses suae autoritati se se amplius non
subtrahere, eorum nuncios exporrecta fronte
excepit a quibus instanter rogatus, ut praeteri-
torum oblivisceretur: P. Provincial. ignosceret:
ac praescriberet qua ratione sui muneris au-

thoritas

thoritas publicari deberet, ac iudicii per Provincial.
Idem Commissarius quaecunq. postulauerant se facturum respondit, dummodò prius Provinciae Patres qui aderant, suam iurisdictionem in scriptis, ne pro more nationis statim palinodiam decantarent, recognoscerent supra Provincialem quoad ea omnia, quae in suis litteris Patentibus, ac instructionibus continebantur. Ill. tam proprio, quàm reliquorum Provinciae Patrum infrascriptam fidem obtulerunt.

Ad remouendum quodcunq. dubium circa authoritatem admodum Rev.di P. M.ri Damian. a Fonseca, admissi in Commissarium Provinciae Poloniae: ad eradicandas lites, et controuersias, quae grauiter perturbant hanc Provinciam, vnde et regularis obseruantia impeditur, et litterarum studia diminuuntur: Nos Fratres infrascripti inhaerendo actui receptionis, et admissionis praedicti Commissarij die 24. Januarij instantis ann., et nostro, et RR.

PP.

PP. Cracouiensium nomine, fatemur, et agnosci-
mus illius authoritatem super Capitibus, et mem-
bris huius Prouinciæ, uidelicet super Patribus,
Prioribus, et Prouincial. ad eradicandas lites, et
controuersias prædictas, et promouendam regu-
larem obseruantiam, ac literarum studia iuxta
tenorem literarum, formam in eis præscriptam,
et mentem R.mi P.ris nostri, seruatis seruandis,
iuxta constitutiones, Acta, et Praxim Ordinis.
Datum in Conuentu Varsauiensi 4. Aprilis
1617.
Ita est ego fr. Andreas Radauicius Mag. Prior
Varsauiensis.
Ita est. ego fr. Joës Crisostomus Regens studij
Ita est ego fr. Thomas Mag. manu propria.
Indulsit tunc P. Commissarius Prouincial., as-
sensumq. præstitit, ut haberetur Congressus aut
Varsauiæ, aut Zoclazouiæ post festum S.mæ
Trinitatis, cum magis commodum esset præli-
ctis Patribus Magistris, qui deinde Cracouiæ

et Zaclarouiense Monasterium elegerunt ad Congressum exclusa Varsavia propter praesentiam Regis, et Nuncij quos metuebant, cumq. Provincialis indixit Provinciae pro die 10. Junij eiusd. anni, quem prorsus relinquamus cum Patribus Provinciae sibi confoederatis conspirantem in Commissarium, ut scilicet unita manu eum opprimant: et ad Ptrem Generalem

Confert P. Generalis in P. Commissarium amplissimam authoritatem, cum loci dignitate supra Prouincialem, cum facultate illum coercendi. Cap.

Cum Neapoli P. Generalis ex literis Dni Nuncij, suiq. Commissarij statum Poloniae rerum cognouisset quasi ex defectu iurisdictionis, et loci dignitatis religiosa disciplina Dominicani Ordinis inibi periclitari coepisset: veritatem illius axiomatis (experientia magistra) pleno ore confessus est: necesse esse nimirum Ministros summa authoritate munire, qua tamen ipsi parce usuri sunt. Quare alijs literis cum expressione loci dignioris, et amplissima authoritate illius Prouinciam stabiliuit. Martie eas accepit P. Commissarius Varsauiae die 18. Aprilis quarum tenorem hic libuit inserere.

In Dei Filio sibi dilecto admodum R P M. F Damiano de Fonseca Prouinciæ nostræ Aragoniæ Ordinis Predicatorum.

Fr. Seraphinus Siccus Papiensis Sacræ Theologiæ professor, ac totius præfati Ordinis humilis magister generalis, et Seruus Salutem, et Spiritus Sancti gratiam.

Quoniam assiduis, grauissimisq. detenti negotijs uniuersa, quæ ad Regimen Religionis nostræ pertinent, expedire per nos ipsos minimè possumus, viros idoneos in nostrorum laborum partem assumere compellimur, ut illorum diligenti opera eadem executioni mandentur, et quod affectu concepimus, effectu consequamur. Sanè cum in antiqua, et illustri Prouincia nostra Poloniæ, quam toto charitatis affectu prosequimur, grauia negotia expedienda occurrant, et eiusdem Prouinciæ Conuentuum, Domorum, et locorum uisitatio facienda: Nos, qui meritis quanquam

imparibus

imparibus, disponente Deo ad totius Sacri Or-
dinis nostri Praefecturam uocati sumus, et eiusde
Officij nobis incumbentis debito, regularem obser-
uantiam, et litterarum studia, quibus praedicatio
Verbi Dei, et salus animarum, iuxta ipsius no-
strae Religionis scopum, ac institutum compa-
rantur in eadem Prouincia Poloniae fouere,
et promouere: si quae uerò inobseruantiarum, dis-
sensionum, et controuersiarum radices ibidem
supersunt, quantum in Domino possumus, re-
secare, ac euellere cupientes: neq. per nos ipsos
grauissimis negotijs occupatos, et Visitation:
necessariae aliarum Prouinciarum eiusdem
Ordinis intentos, d.am Prouinciam nostram Polo-
niae per nos ipsos impraesentiarum uisitare mi-
nime possimus, tenore praesentium, nostraq. au-
thoritate Officij, te Atum admodum R. P. Mrum
Frem Damianum de Fonseca instituimus, insti-
tuimq. declaramus Commissarium nostrum
et Visitatorem eiusdem Prouinciae nostrae Polo-

niae

niæ, tum ad promouendam regularem obseruantiam, studiaq. literarum excitanda: tum etiam ad visitandos omnes, et singulos Conuentus loca, domos, et Monasteria monialium d.æ Prouinciæ: dantes tibi in, et super eiusdem omnibus, et singulis Conuentibus, locis, domibus, Patribus, fratribus, monialibus, et utriusq. sexus personis, tam capitibus, quam membris ad eosdem Conuentus, loca, domos Prouinciæ Poloniæ quomodocunq. pertinentibus, et super eadem Prouincia constitutis omnem in spiritualibus, et temporalibus authoritatem, et potestatem, quã eiusmodi Commissarij Magistri Generalis nostri Ordinis, et Visitatores Prouinciarum, et Conuentuum ab eodem destinati, iuxta Constitutiones nostras, et Acta Capitulorum generalium habere consueuerunt, præsertim uisitandi, interrogandi, tenendi, procesandi, incarcerandi, et usq. ad diffinitiuam sententiam inclusiue (iuris tamen ordine seruato) procedendi, absoluendi

etiam

etiam Priores, Priorissas, et reliquos utriusq. sexus Officiales, semper tamen conformiter ad Constitutiones nostras, et ad Capitulorum generalium praescriptum. Omnes praeterea difficultates, controversias, dissensiones tam hactenus exortas, quàm et quae (quod Deus avertat) in posterum emergant tàm inter fratres d.ae Provinciae nostrae Poloniae, quàm inter ipsos, et fratres nostrae Provinciae Russiae, sivè inter ipsas Poloniae, et Russiae nostras Provincias, occurrentiaq. negocia, prout de Jure, et usq. ad diffinitivam sententiam inclusivè tractand., ac expediendi, et terminandi, dubiaq. omnia nunc, et in posterum emergentia, prout de Jure, et juxta tenorem nostrarum Constitutionum et ordinationum Capitulorum generalium resolvend. Quoniam autem nonnulli earundem Provinciarum Poloniae, et Russiae fratres suae professionis obliti, extra illam temerè vagantur vel absq. legitima licentia in alijs nostri Ordinis Conventibus, vel alibi commorantur: Ideirco tibi

quoque committimus, et stricte mandamus, ut eosdem omnes, et singulos ad suas Provincias statim reverti facias, rebellesq. opportunis modis, et praeceptis coerceas, et eorum Patribus Provincialibus respective eosdem praesentari facias, ut illis de Conventibus, in quibus religiosam vitam ducant, provideant: Quod si eisdem per DD. Patres Provinciales provisum non fuerit, per te ipsum providere valeas, et possis, sicut tibi magis videbitur expedire. Volumus autem, ut omnes, et singulos Patres, vel Fratres nostros cuiuscunq. status, gradus, conditionis existant, extra Ordinem apud quascunq. personas tam Ecclesiasticas, quam saeculares, absq. debita, et omninò requisita S. Sedis Aplicae licentia commorantes, et ad Ordinem nostrum, et suos Conventus, et Provincias omninò redire facias; revocantes, quemadmodum per praesentes revocamus, et nullas declaramus quascunq. licentias, et facultates eisdem aliter concessas,

vel s.

uel si quæ in posterum nostris Fratribus concedantur, super quas re Decretum S.mi D. N. Pauli Papæ V. omninò seruari uolumus, et mandamus. Ad quæ omnia præstanda omnem necessariam authoritatem, et potestatem tibi concedimus; et, ut meritorum tuorum cumulus augeatur, præcipimus tibi in Virtute Spiritus Sancti, et Sanctæ obedientiæ sub formali præcepto, ut ptūm onus suscipias, et iuxta Vires tibi a Dominō præstitas diligenter, ac fideliter exerceas. Omnibus uerò, et singulis nostræ obedientiæ subiectis Patribus, et Fratribus, tàm capitibus, quàm membris ad dictam nostram Prouinciam Poloniæ quomodolibet pertinentibus sub eodem formali præceptō mandamus, ut te tanquam uerum, et legitimum Commissarium nostrum, et Visitatorem ad prædicta exequenda recipiant, habeant, et uenerentur. In nomine Patris, et Filij, et Spiritus Sancti Amen. Quibuscunq. in contrarium non obstantibus. In quorum

fidem his sigillo Officij nostri munitis manu propria subscripsimus. Datum Neapoli in Conuentu nostro S. Thomæ Aquinatis die 23. Februarij 1617.

Fr. Seraphinus qui supra manu propria.
Reg.ta fol. 28. Fr. Thomas Marinus Mag.r et Prouincialis Terræ Sanctæ.

Quamuis autem in istis litteris nulla fiat mentio de loco, an supra Prouincialem obtinere debeat: ad decimum tertium Calendas Maias idem P. Commissarius litteras accepit ab Ordinis magistro cum sequenti declaratione.

Nos F. Seraphinus Siccus Papiensis Sacræ Theologiæ Professor, ac uniuersi Præd. Ord. humilis Magister Gnalis, ac Seruus.

Cum Officij nostri partes quantum in Dno possumus implere cupientes, et impræsentiarum alijs grauissimis detenti negocijs Prouinciam nostram

Poloniæ

Poloniæ (quam summo charitatis affectu in Domino prosequimur) per nos ipsos uisitare non ualentes, admodum Reu. P. Mrum Fr. em Damianum de Fonseca Commissarium nostrum, et Visitatorem eiusdem Prouinciæ instituerimus et ad illam transmiserimus, ut non nullorum eiusdem Prouinciæ Patrum, ac fratrum temerarijs ausibus opportunè occurramus: tenore præsentium, nostriq. authoritate Officij decernimus, et declaramus eidem Commissario nostro, et Visitatori vices nostras ibidem gerenti, et authoritate nostra munito, omnem reuerentiam, et obedientiam tàm a Patre Prouinciali, uel alio Præsidente quàm ab omnibus, et singulis Patribus, et fratribus eiusdē Prouinciæ, cuiuscunq. gradus, status, et conditionis existant, tàm Capitibus, quàm membris humiliter exhibendam esse: Quos omnes, et singulos tàm P. Prouincialem, quàm reliquos Patres, et fratres eiusdem Prouinciæ nostræ

Poloniæ p.to P.ri M.ro F.ri Damiano de Fonseca
Commissario nostro authoritate, et loco, et reli-
quis ad regimen, et potestatem pertinentibus
subiectos esse, ac fore similiter decernimus, et de-
claramus. Quod si aliqui (quod Deus auertat)
contra hoc nostrum Decretum aliquid directè,
uel indirectè attentare, uel illi quouis modo sese
opponere præsumpserint, ab eodem Commissario
nostro condignis poenis affici, ab ipsorum Of-
ficijs absolui, gradibus priuari, et sub eisdem
poenis, praeceptis, et censuris (prout opus fuerit)
ad obediendum compelli uolumus, et manda-
mus. In nomine Patris, et Filij, et Spiritus
Sancti Amen, quibuscunque in contrarium
non obstantibus. In quorum fidem his sigil-
lo Officij nostri munitis manu propria sub-
scripsimus. Datum Neapoli in Conuentu nostro
S. Dominici die 20. Aprilis 1617.

Fr. Seraphinus Siccus qui supra manu propria

Reg.ta fol. 20. Fr. Thomas Marinus mag. [illegible] Socius R.mi M.ri G.lis

eodem

Eodem tempore Rutheni Patres ex Prouincia S. Hiacynthi conspirauerant in P. Mrum Antoninum eorum Prouincialem, uolebantq. carceribus mancipare, contendentes eum iam Prouincialatum functum fuisse, quae non ultra triennium extenderetur: Quadriennalem esse affirmabat Prouincialis, neq. cedere Patres uolebat: Quare Ordinis magister, ut hunc ignem extingueret, Commissario Poloniae mandauit, ut quum primum posset, Leopolim se conferret, Prouinciam lustraret: Patresq. componeret eandem in eum conferens authoritatem super Prouincia Russiae, quam nuper super Polonia. Quia tamen non satis mature hoc arripere iter poterat, negocijs Polonicis summopere distentus ad praedictos Patres Ruthenos, ac Prouincialem efficacissimas dedit litteras, eos orans, ut dum iste ad lustrandam Prouinciam iter pararet, sese officijs continerent, et, e communi cum pace fluid aduersum expectarent.

Confert se D. Nuncius Sochazouiam, Prouincialemq; cogit loco, & iurisdictione cedere P. Commissario, qui priores duas Actionis Congregationes celebrat. Cap.

Vix euaserat D. Nuncius ex graui morbo, cum licet valetudinarius zelo communis boni Dominicani Ordinis accensus Regem adiuit a quo Regium brachium poposcit, ut si forte Fratres in Sochazouiano congressu (cui ipse interesse volebat) mandata Magistri Ordinis detrectarent, eos ad parendum compelleret. Libenter Rex annuit. mox D. Nuncius Regia suffultus authoritate, quanquam ex recenti morbo non bene pedibus sisteret, uoluit tamen indicto Congressui interesse. Quare Idibus Junij cum P. Commissario Varsauia profectus est ad Villam quandam Dominicanæ familiæ sex milliaribus Polonis dissitam Varsauia, binis a Sochazouia, ubi Congregatio habenda erat, Serochi nuncupatam, ad quam

inuitatis

inuitatis præcipuis Patribus Prouinciæ, eos sua-
uiter coepit disponere ad ea, quæ deinde in Con-
gregatione concludere intendebat. Stata die con-
tulit se cum P. Commissario Scrlacouiam, ubi
repperit Patres Prouinciæ congregatos, qui om-
nes, duobus exceptis, filij erant Cracouiensis mo-
nasterij; quibus seorsum communicauit nouas
litteras, et nouam authoritatem, quæ in ijs daba-
tur P. Commissario, cum exemptione ordi supra
Prouincialem: Cumq inuenisset omnes Patres
pertinaces, et obstinatos in denegando debitum
honorem P. Commissario, leuiusculas quasdam
causas afferentes, eos terruit ni statim magistri
Ordinis mandatis obedirent, se in eos animaduer-
surum.

Quapropter Pres Congregati post uarias consulta-
tiones, scientes D. Nuncium brachio Regio mu-
nitum accessisse, timore perterriti, collum iugo
subdere coacti sunt. Congregatis ergo Patribus
intimatæ fuerunt aliæ magistri Ordinis litte-

rae cum explanatione loci quem obtenturus
erat Commissarius, et ab ~~uniuerso~~ toto Congres-
su, nemine ex Patribus discrepante reue-
renter pro more acceptae fuit. Hac non
spernenda victoria reportata Dnus Nuncius
gloriosus Varsauiam remeauit. Congregatio
feliciter incepta felicius intra quatuor dies ter-
minata est. Vt autem omnes Conuentus Pro-
uinciae authoritatem P. Commissarij agnoscerent
de Congregatorum Patrum consilio sequentes
litteras per Prouinciam transmisit.

Nos Fr. Damianus Fonseca Sacrae Theologiae Ma-
gister Commissarius generalis, et Visitator Pro-
uinciae Poloniae Ordinis Praedicatorum Vni-
uersis, et singulis Patribus, ac fratribus cuius-
cunq. gradus, et condicionis ad d. Prouinciam
pertinentibus salutem in Dno, et vitae spi-
ritualis incrementa.

Rmus P. Mag. Generalis noster ardenti zelo refor-
mationis, et summo charitatis, pacisq. pater-

nae

ne studio accensus, nihil tàm in votis habuit, quàm ut in persona sua veniens ad hanc Provinciam Poloniæ, quæ manus ipsius admotionem desiderat, perficeret: verùm dum gravissimis distractus negocijs, votis non responderet facultas: Nos hùc destinando voluit ut loco, et authoritate supra omnia ipsius Provinciæ capita, et membra præeminerèmus, simulq. omnem nostrum conatum in eum dirigeremus finem, quo et Regularis observantia, et litterarum studia incrementum accipiant: animorum verò si quæ sint dissensiones, componantur. Igitur coram Ill.mo et R.mo D.no Nuncio Aplico, et RR. PP. Provinciæ, cæterisq. fratribus in Congregatione die x. Junij lectæ, et publicatæ sunt litteræ Magistri Ordinis de nostra authoritate. Cum ergò tot itineris laboribus et periculis superatis Deus optimus maximus nos incolumes ad istam Provinciam pervenire voluerit, summas dum agimus gra-

tias

tias, cupimus quoque uestris precibus apud eud frequenter commendari, ut nostras vires tanto oneri impares ad perficiendum opus dignetur confirmare. notificantes, quod licet admodum Rev.dus P. Provincialis visitatione nostra durante, visitationi Monasteriorum nostrae Provinciae se ingerere non debet; illius tamen authoritatem illesam, et nullo modo imminutam esse declaramus: Quapropter omnem debitam reverentiam, et obedientiam illi exhiberi uolumus, et praecipimus ab omnibus istius nostrae Provinciae Poloniae Patribus, et Fratribus. Interim dum pro munere iniuncto ad omnes, et singulos Conventus uisendum progredimur, pacem, mutuamq. charitatem uobis commendatam esse uolumus, ac sub formali praecepto mandamus, ne ullus absq. speciali licentia nos convenire audeat, cum simus in actuali visitatione, et breui ad uos uenturi. mandamus insuper, ut pro felici exitu coepti nostri operis, et pro Regis Lithaniae B. Virginis

semel in die recitent. Datum Socrazonie die 14. Junij 1617.

Fr. Damianus a Fonseca qui supra manu propria

Ibm. fol. 10. Fr. Thomas Cianamenus de Auseulo Lector, et Socius.

Hoc praecipuo iacto fundamento totius machinae erigendae, datum fuit initium Congregationi, in qua actum est de ijs quae ab Ordinis Magistro tam in literis, quam privatis instructionibus mandata fuerant.

Prima igitur Congregationis actio habita 10. Junij 1617. in quem diem P. Provincialis indixerat congressum, in qua Patres propria manu subscripti, fidem fecerunt, quod P. Commissarius eadem die a prandio ad sonum Campanulae praesente Dño Nuncio convocatis Pre Provinciali, Patribus Provinciae, alijsq. Fratribus, invocata ante omnia Spiritus Sancti gratia, lectae fuerunt per P. Thomam de Auseulo socium P. Commissarij binae literae Patentes Rmi Pris Generalis, qua-

cum

cum altera data ex Neapolitano Diui Domenici Monasterio sub die 23. februarij 1617. altera ex eiusdem Urbis Dominicanis ædibus die 20. Aprilis dicti anni, in quibus continebatur plenissima authoritas collata in d. Ptrem Commissarium super tota Prouincia, eiusq. Prelatis, includendo quoq. Prouincialem, cum expressione loci supra eum, qui propterea P. Commissario loco cessit. quibus lectis, et ab omnibus unanimiter acceptis, cantatum fuit Te Deum laudamus &c. acceptaq. deinde sua Prouinciæ possessione, intonatoq. Adiutorium nostrum in nomine Domini, nomine omnium Dño Nuncio gratias egit

Posthæc P. Commissarius ad bonam Congressus directionem, sequens formale præceptum ad Patrum instantiam edixit.

Nos fr. Damianus a fonseca &c. insistentes sacris nostris Constitutionibus, et Actis multorum Capitulorum generalium, in quibus stricte præ-

cipitur

cipitur omnibus, et singulis nostro Ordini sub=
iectis, ne ausu temerario eiusdem Ordinis nostri
secreta, uel statuta, viris externis, et qui in-
tra eundem Ordinem non sunt, reuelent: quos
propterea destructores eiusdem Ordinis appellant;
et ne dum totis uiribus in litium radicibus era=
dicandis intendimus, aliquis ex nostris fratri-
bus nouas controuersias, uel discordias suscitet,
ea de causa præcipimus in virtute Spiritus
sancti, et sanctæ obedientiæ, et sub formali
præcepto, nec non sub pœna excommunicationis
latæ sententiæ, hac una pro trina Canonica
monitione præmissa, et sub pœna grauioris
culpæ per mensem omnibus, et singulis fratri=
bus, ad hanc nostram Prouinciam Poloniæ
quomodolibet pertinentibus, cuiuscunque sint
gradus, uel condicionis, ne secreta negociorum,
et eorum, quæ in hac eadem Prouincia a
nobis modo pertractantur, personis extra obe-
dientiam nostri Ordinis constitutis reuelare

audeant, cuiuscunq. sint qualitatis, uel sexus. Sub eodem etiam præcepto, et poena grauioris culpæ mandamus, ne quis ex nostris fratribus aliquos, uel aliquem quomodocunq., uel sub quouis colore uel sollicitare, uel seducere, uel inducere conetur siue scripto, siue uerbo, siue aliquo alio modo per se, uel per alium ad aliquam partem litigantiu siue ex filijs, et pro parte Conuentus Cracouiensis, siue ex filijs, et pro parte Prouinciæ sint quibuscunq. in contrarium non obstantibus. In nomine Patris, et filij, et spiritus Sancti Amen In quorum fidem &c. Dat. &c. die 10. Junij 1617.

Fr. Damianus a fonseca qui supra manu propria.

Die undecima Junij celebrata fuit sessio secunda, in qua post quàm plerig. Patres tàm filij Prouinciæ, quàm Conuentus Cracouiensis uarias querelas, et protestationes induxerunt, propria uniuscuiusq. rem concernentes. P. Commissarius quamuis per se ipsum socios sui officij ad libitum potuisset eligere: ad tollendam ta-

men

men omnem sinistram interpretationem, et suspicionem alicuius priuati affectus, seq. Iudicem nõ partialem; sed indifferentem exhiberet, Patribus Prouinciæ commisit, ut in socium sui officij eligerent virum probum: negocijs Prouinciæ benè instructum, nulliq. ex partibus litigantibus adhærentem: Cumq. post longam consultationem, neminem istis qualitatibus ornatum, affectu præsertim neutralem reperirent, decreuit P. Commissarius duos socios secum habere: alterum Cracouitam, qui partes sui Monasterij promoueret a Cracouitis Patribus eligendum: ex filijs Prouinciæ alterum, qui partes eiusdem ageret a quibus quoque erat nominandus. Continuò Cracouienses Patres P. Mrum Crisostomum sui Monasterij Regentem: et Patres Prouinciæ Magistrum Lucam Præfectum Posnaniensis monasterij nominarunt: quos P. Commissarius libenter sibi socios accepit, quo sibi assistentes omnium suarum actionum plenã

facerent testimonium, nec non ad iter necessaria providerent, quo in lustratione Provinciæ nulla rerum familiarium, nulla argenti cura esse posset. Placuit Patribus Provinciæ hæc Commissarij deliberatio, quæ spem fecit non dubiam futuræ pacis, eamq. summis laudibus extollentes cum maxima gratiarum actione approbarunt.

Deinde introducti fuerunt septem fratres fugitivi et vagabundi, qui è diversis partibus ad P. Commissarium convenerant, et causa eorum fugæ, ac divagationis exposita, simulq. implorata venia: paternè correcti, ac moniti ad dolendum de præteritis, et cavendum de futuris, remissi sunt ad eorum monasteria, è quibus aufugerant, iniuncto Provinciali, ut eos præscripta ab Ordinis Constitutionibus poena mulctaret.

Inter prædictos fugitivos erat quidam Fr. Dominicus, qui multotiès fugam arripuerat, Hic audacter petijt dimitti ne Dominicano Ordini dedecori esset, affirmans se nullatenus veram esse

professione

professionem Dominicanum Ordinem; sed potius se-
ductum, ac coactum, atq. etiam ante ætatem a Con-
cilio Tridentino præscriptam. mox pulsis per su-
pernam lucem Orcinianis tenebris in Ordine per-
manere uoluit, in quo religiose uixit.

Eadem die P. Commissarius cum magno spiritus feruore,
et regularis obseruantiæ zelo ex priuata Magi-
stri Ordinis Commissione proposuit: ut duo Mona-
steria eligerentur, in quibus iuxta Comitiorum san-
ctiones, Dominicana familia leges, et Constitutiones
Ordinis omninò obseruaret ad quæ nemo per uim
admitti deberet, sed ij tantum, qui spiritu sancto
duce, et maioris obseruantiæ, ac pietatis affectu
stimulante arctiorem uitam ducere uoluissent.
et post diuersas multorum opiniones, tandem
decretum est, quod non duo tantum, sed uniuer-
sa Prouinciæ monasteria reformanda essent
quoad substantialia: interim uero duo a P. re
Commissario in visitatione nominanda præscri-
berentur, in quibus iuxta Ordinis sanctiones, et

absq. licentia religiosam ducerent uitam: quam noluit reformatam appellare, ne, caeteris nota aliqua inureretur: sed magis proprio uocabulo, de stricta obseruantia appellauit.

Tunc P. Prouincialis litteras legendas obtulit, ad ipsum, ac vniuersos Patres sub sequenti forma.

Admodum R P Prouincialis, caeteriq; RR Patres Prouinciae

Obseruantiae Regularis amore inductus, relicto laxiori ordine Canonicorum Regularium, Custodum, ac militum sepulchri Xpi, nuncupatorum Conuentus Miechouiensis, post quam me consul, afflatu diuino impulsus ad arctius Dominicanae uitae institutum, atq. Ordinem in quo tertio nonas Augusti anno ab Incarnatione Dominica 1604. habitum religiosum suscepi, ac post probationis annum solemniter huic Ordini me obstrinxi in spem ueniens compendiosius religiosos mores comparandi: merita cumulandi, ac

virtutum

Virtutum omnium apicem assequendi quum La-
ctenus aliter mihi euenisse certo certius experior.
Nuper uel ad fratres, benè (ut paret) reformatos
eiusdem S. Dominici Ordinis, quem singulari am-
plexu prosequor, uel ad fratres Carthusianos, iuxta
facultatem a nostris Constitutionibus traditam gra-
dum facere proposueram: Proinde ~~mihi~~ testimo-
niales meæ consuetudinis litteras dari obnixè pe-
to ad Rmum. Patrem Generalem nři Ordinis, quem non
latet qui Dominicanas Sanctiones benè obseruent
a quibus, utpotè ueteranis militibus Dominicanis
religiosam disciplinam addiscere possim, diuino
fultus præsidio, comitante paterna benedictione
magistri Ordinis. Quod si non adsint fratres nostri
talis obseruantiæ: unicum perfugium superest,
facultas nimirum gradum faciendi ad eosdem fra-
tres Carthusianos, quò per regularem obseruantiam
illud gratiæ in me conferatur, quod est sanctæ
religionis singulare ornamentum: Diuinorum
consiliorum intima custodia: sanctarum Vir-

tutum

tutum Parens foecundissima: suauissima cum bonis Angelis conuersatio: laudabilium operum cumulus refertissimus, et ianua patens ad coelestem gloriam, per quam ingredi uehementissime suspiro. Datum Cracouiae in Mon.rio S.mae Trinitatis Kalendis Junij 1617.

V. [illegible]

Actio tertia, in qua Prouinciæ Filij afferunt grauamina a Patribus Cracouiæ illata.

Caput.

Huic actioni initium dedit P. Prouincialis, qui cum Patribus Prouinciæ humiliter, obortisq. lacrimis ob Xpi uiscera, P. Commissarium obsecrati sunt, ut Prouinciæ controuersiarum causam inuestigaret, ac tolleret, quo Prouincia illa aliquando nobilissima, ac religiosissima, tunc infelix, et opprobriosa, tandem aliquando paci restituta ea frueretur tranquillitate, quæ uiam sternere potest ad uirtutem, atq. sanctitatem. etiam atq. etiam rogarunt ut huic malo primum consultum uellet, et in eo congressu aliquid caperetur consilij. Respondit P. Commissarius hunc esse præcipuum suæ uisitationis scopum, quem si aliquando attigisset, se gratissimum Deo, et Sancto Patriarchæ Dominico holocaustum oblaturum non ignorare: idcirco noctes insomnes agere inuesti-

gando

gando modum, quo rem, sin minus supra huma-
nas uires, certè difficillimam absolueret. in spem
tamen uenisse, si Patres Congregati postpositis pri-
uatis affectionibus praestò forent se eam breui ad
finem perducturum: quapropter cunctos paratos
esse iussit, ad liberè afferendum suas querelas, et
si quod in cordibus lateret virus foras eructan-
dum, spondens se ipsos patienter auditurum.
Duo autem erant praecipui Patres Prouinciae, qui hu-
ius causam in Cracouienses Patres strenuè pro-
pugnabant: quorum alter Mag. Bernardus Pega-
sus, qui in Hispania litteris operam nauarat
vir quidem doctissimus, qui coram Rege, totaq. Val-
lisoletana Curia in Comitijs generalibus hanc una
Conclusionem, seu propositionem edidit, ac tuitus
non sine omnium admiratione Quicquid scrip-
sit D. Thomas uerum est. alter uerò Baccalau-
reus Fr. Adamus Piekarski, qui inter illustres ses-
tentionis Concionatores numerabatur: imò pri-
matum tenebat. Vterq. in Actionis exordio libel-

lum

lum supplicem porrexit Pri Commissario utrinq: manu porrigentis subscriptum, continentem grauamina, quæ a Patribus Cracouitis, et Prê Prouinciali illis adhærente illata fuerant, et eorum originem, quod tam in congressibus Prouincialibus, quam in cæteris Congregationibus unum monasterium uniuersam Prouinciam suffragiorum numero superaret: quod singulariter ostendere in eo congressu, in quo aderant Cracouienses Patres numero septem: ex Prouincia bini: quos errores in Comitijs Prouincialibus sæpè accusatos, iterum accusabant, et explorandos proponebant in visitatione. Addentes, quod ad eos corrigendos in Romanis Comitijs habitis de anno 1612. sancitum fuerat, ut filij Prouinciæ bis ad Prouinciam assumerentur: semel Cracouienses alumni. et licet pluriès accusati fuerit, quod soli Prouinciæ honores sibi usurparent, hanc rationem in medium attulerunt, quod Prouincia careret viris idoneis ad mu-

neia Provinciæ subeunda, tam ex defectu ætatis, quàm capacitatis; quod tamen falsum est cum in Provincia reperiantur antiquiores, et non modo pares scientia; imò aliquot longè superiores Patres, qui dignè quolibet honore ornari possent. Aliud grauamen quod exinde oriebatur; quoniam cuncta ad Cracouitarum placitum facienda erant, et quoties lis erat inter Monasterium Cracouiense, et alia totius Provinciæ semper aut æquè, aut iniquè pro Cracouiensi sententia ferebatur, cum ipsi et rei, et Judices essent. Tertium quod Diffinitores, et socij mittendi ad Comitia Ordinis: Baccalaurei ad Magisterium promouendi: Lectores ad Baccalaureatum assumendi: Studentes Lectores creandi quiq. ad exotica studia mittebantur, omnes ut plurimum filij erant Cracouiensis Monasterij: quod si aliquando coacti fuissent aliquem ex filijs promouere, eos tantum ornabant, qui singulari amore illud Monasterium prosequebantur

tur

tur. 4.° quando ui concordiæ promouendus erat
ad Prouincialatum filius Prouinciæ, nihil curæ
erat quod dignissimus eligeretur; sed potius ille, qui
eorum partes sequeretur, prout fecerant in ulti=
ma electione Prouincialis regiminis ignari, qui
deinde gratitudinis ergo ad pinguiores Monaste=
riorum præfecturas Cracouiæ filios extollebant
illos Prouinciæ uarijs prætextibus excludentes:
vnde fiebat, quod Monasteria omnia expoliarent,
ut ditarent Cracouiense. 5. passi sunt filij Pro=
uinciæ in Capitulo Varienensi: siquidem dum
pro sexte erat eligendus Diffinitor generalis, ut
sub pœna excommunicationis ordinatum fue=
rat: illi nihilominus quanquam obstaret lex
de alternatiua iam per eos recepta, ac usu ap=
probata, publicas sanctiones spernentes Craco=
uiensi Cracouiensem subrogarunt. Dissimula=
uere Prouinciæ filij confusi ex electione Pro=
uincialis, et Diffinitorum, ac numero uocalium
inferiores, nec illorum iuris erat conuenire

in Diffinitorem Conuentum Cracouiensem. 6. quia dum pro publica pace sancitum esset in Lublinensi Congregatione de anno 1611. ut saltem alter Cracouiensis Study Praefectus sit filius Prouinciae: y tamen uni inhaerentes antiquitati, quasuis ex nostris antiquiores reseruantur, id non seruant, et honorem nobis debitum sibi ipsis erogant, quasi nos indignos existiment. Vnde fit, quod Prouinciae filij sua studia perficiant cum formidine, cum neminem habeant, ~~quibus~~ curae sint nec a quibus sufficienter instruantur: ~~qui~~ et eorum Magistri nec unicum Diui Thomae articulum perlegerint, ne quidem actus publicos, seu publicas theses sustinuerint: quod plane uerissimum intelliget P. Commissarius in sua Visitatione.

7.us Grauamen in Officium P. Prouincialis, qui abolita bina electione de filijs Prouinciae, iuxta Sanctiones, proposuit tantum eligendos filios Cracouiensis Monastery. Vnde euenit, quod

dignires

digniores Præfecturæ Cracouiensibus Alumnis conferantur.

8.vum gravamen contra P. Prouincialem, qui ad mentem Fratrum Cracouiensium ordinationem 19. capituli Præmiliensis pro pace stabilita, nimirum ut Monasteriorum Alumni obeant munera eorundem, cum summa contentione uiolat, persequiturq. Fratres, qui in suis Manere ac laborare cupiunt Monasterijs: cum tamen Cracouiense suis Alumnis repletum sit. Hinc fit interdum, ut in principalioribus Monasterijs filios non habentibus, non eligantur Præfecti pro eorum voto. Vnde fugæ detractiones, et alia huiusce modi originem habent:

9 gravamen contra P. Prouincialem qui cum aliquando rescivisset Patrem quendam in pauperculo Prouinciæ Monasterio ualetudine laborantem, ac morti proximum Cracouiensis monasterij esse filium, abstulit ab eo florenos tricentos,

quos habebat, et ad Cracouienses ædes asportauit ne nimirum pars aliqua illorum maneret penes eundem pauperculum Conuentum, in quo fuerat assignatus, et qui per multum temporis ualetudinis onus sustinuerat

X.m contra Patrem Prouincialem, qui dedit facultatem filio Prouinciæ, ære alieno cum Louicensi Monasterio contracto, obruto, donandi florenos mille Cracouiensi familiæ, cum tamen id a Prouinciali æquitatis amatore concedi non debuisset. Hinc colligere est quantum Prouincialis faueat Cracouiensi Monasterio cum præiudicio aliorum totius Prouinciæ.

XI. grauamen contra P. Prouincialem, qui pro Cracouitis uiolat Constitutiones de non perficiendis Vicarijs electionum et in Conuentu Vilnensi Patribus, et filijs suis abundanti electioni Moderatoris (nulla existente Legati causa) præfecit Cracouiensis Monasterij Alumnum. Vide factum est, ut eligeretur Cracouiensis; non enim

Conuentus

Conuentus Vilnensis (cum posset) habuit tot
filios uocales, quot ad electionem sufficerent
Xij grauamen contra Prouincialem, quia nihil
sollicitus est de salute animarum filiorum Pro=
uinciæ: quendam enim ex ijs conuictum de hæ=
resi, uel saltem uehementer suspectum in foro iu-
diciali, nec ab ~~anat~~ anathemate in foro Ecclesiastico
absoluit, nec eum abiurauit: cum tamen infor-
mationem de tal: suspicione habuerit ab Illma
Congregatione Cardinalium Smæ Inquisitionis
atq. ita nec absolutum, nec abiuratum ad Alta-
re dimisit. Petimus decerni quid hic opus sit,
ne anima fratris nostri pereat, cum uideatur
in foro fori anathema incurrisse, ac irregula-
ritatem. Hæc sunt quæ modo occurrunt. Re-
liqua pro loco, et tempore admodum Rdæ P. V.
denunciabimus, eorumq. omnium, quæ nunc profe-
rimus, ueritatem in visitatione inquiri humill:
mè supplicamus.
Fr. Bernardus Pegasius Sac. Theol. Mag. manu ppa.

Praedictas querelas apud suum Officium recepit
P. Commissarius, interrogauitq. accusatores, an
alia in Cracouienses Patres haberent producen=
da? Responderunt ij multa alia sibi quidem
esse, quae deferrent; sed per temporis angustias
colligere non potuisse. Tunc Commissarius ius=
sit eos infra mensem deferre quaecunq. uellent
cum post illud temporis audiendi amplius non
essent. Deinde eos interrogauit, num uellent
se obligare ad probandum quaecunq. in praed.ᵃ
scriptura continebantur? Sese paratissimos
obtulerunt ad omnem probationem; imò Ta=
lionis poenae iuxta formam Iuris, atq. Ordinis
Constitutionum se subiecerunt
Et quoniam de grauaminibus agebatur, in ista
Actione priuata Patrum grauamina insi=
nuata, in secunda Actione iterum introducta,
et decisa fuerunt. Primum propositum a
P.re Baccalaureo Piekarski tale est.
Admodum Rev.de P.r Commissari. A tempore

immemorabili

immemorabili usu continuo Provincia Poloniæ petitiones pro graduandis factas publicè inter Acta Capitulorum insertas legere solebant, evitando omnem iniustitiæ suspicionem: his verò temporibus, a quibusdam magisteria cum præiudicio aliorum clâm impetrata sunt. Quare in ea protestor, ac peto decerni esse subreptitia quæ in præiudicium mei, atq. aliorum, meritis, et antiquitate excellentium facta: petitiones enim huiusmodi non inter secreta, sed inter acta publica numeranda sunt. Dum autem magisteria petimus nos, quibus iure debentur, clâm iustitiam nostram præripiunt iuniores.

Fr. Adamus Piekarscki Bacc. Prior Vilnensis manu propria.

Quoniam verò dictus P. Fr. Adamus Vilnensis monasterij Præfectus in suis protestationibus neminem nominarat, in quem protestaretur forte requisitus, dixit se protestari in P. Rmo

Item Valerianum Lithuanidem Magistrum,
et R. P. fr. Thomam Rozanski, etiam Magistrum
filios Cracouiensis Monasterij.

2.dum grauamen allatum fuit in medium a R. P. fre
Thoma Cracouiensi sub sequenti forma. Ad=
modum R.R. P.P. Commissarii. Ego fr. Thomas Mag.
protestor coram admodum Reu. P. V. solemniter
in R. P. Mrum Bernardum Pegasium, eo quod
ipse nulla de causa, et nullo iure mihi antiquiori
et Ordine et meritis in Prouincia nostra, et legiti=
mè secundum iura Ordinis, et Prouinciæ Poloniæ
promoto ad præsentem Consessum locum surripe=
re locum ausus fuerit: nec non quia ipse sponte,
et liberè sanus mente, et corpore in Comitijs Pro=
uincialibus Varecensibus anni 1613. coram admodu
Reu. P. Vicario Prouinciali fre Petro Paulo Cor=
tellio L. et R.R. P.P. diffinitoribus eorundem
Comitiorum loco dicti graduati Magisterij renun=
ciauit, ac bona fide pollicitus fuit se libenter
loco cessurum, si ordine antiquiores, ad gradus

tunc

huiusmodi promoueri contigisset.

Fr. Thomas qui supra manu propria.

3.um grauamen propositum fuit a P. M.ro Valeriano; et est huiusmodi. Ego fr. Valerianus Lithuanides sac. Theologiæ Magister queror de Rev.do admodu P. Fr.e Bernardo Pegasio Magistro sacræ Theologiæ, quod mihi antiquiori locum digniorem in hoc consessu occuparet contra suam propriam renunciationem factam in Capitulo Varecensi de anno 1613.

Ita est fr. Valerianus qui supra manu propria.

Quæ dubia sequenti modo decisa sunt. Primum quidem pro PP. Magistris Thoma, et Valeriano, eos nimirum esse Magistros: vnde meritò ad cœtum Doctorum ueniebant aggregandi, illorumq. priuilegijs gaudere debebant.

Secundum, et tertium in fauorem P. M. Pegasij, cuius præsumpta renunciatio in Capitulo Varecensi nulla declarata fuit.

Post quartam Actionem Congressui finem imponit P. Commissarius, aggrediturq; generalem uisitationem. Cap. XVI.

Kalendas Sextiles habita fuit actio ultima et Patres Congregati dimissi. In hac actione P. Commissarius monuit Cracouitarum Accusatores ut iuxta sacros Canones, atq. Ordinis Constitutiones iuridicè testes inadducerent, et probationes ac reliqua necessaria ad illos afficiendum compilarent. Interea P. Commissarius instetit, ut Aduersarij declararent in quo nam sita esset sue administrationis ignorantia? ipse tamen uti persona priuata parcebat Accusatoribus: non uti Prouincialis, qui protestabatur, ut ij talionis poenam omninò subirent. mox uarias litteras tam ipse quam socius ad P. Commissarium dederunt, quibus aiebant conuince: Aduersarios falsitatis eorum ferè omnium quae detulerant: reliqua quoque falsa esse se opportunè probaturos.

Postea

Post haec acciti sunt Patres Provinciae Alumni, quò
et ipsi exponerent grauamina sibi illata à fami-
lia Cracouiensis Monasterij. Accessit primò fr Valen-
tinus Varecensis Conuentus Praeses, et dixit multa
sibi esse, quae afferret in Cracouienses Patres, se ta-
men allaturum, cum ipse ad suum Monasteriũ
se contulisset. Secundus fuit fr. Vincentius Ploc
filius Conuentus Plocensis, qui grauiter questus est
quod à gradu Baccalaureatus arceretur non alia
de causa, nisi quòd esset filius Prouinciae, cum
per septennium legisset, ac per duos supra uiginti
annos esset concionator, cum alij multò iuniores
ex factione tamen Cracouiensi iam promoti fuissent.
Quaesitus de Authore impedientẽ, respondit: se
in visitatione plenè satisfacturum. Cum enim ibi
adessent omnes Patres Cracouitae, ne ampliùs eos
irritaret, multo silentio inuoluit.
Tertio loco interrogatus fuit P. Valerianus Orzechol
ski Petricouiensis monasterij Praefectus, qui iti-
dem propter praesentiam Cracouitarum, ait: se

pro temporis, et loci opportunitate, et coram, et in scriptis delaturum quicquid haberet: Interim se Deo agere gratias, quod tandem oppressorum miserias, et grauamina inspexerit. Comparuit ultimo P. Theophilus Vilnensis Monasterij alumnus et requisitus num grauamen aliquod sibi foret illatum a Patribus Cracouiensibus: respondit: sibi non esse cur de illis quereretur: imò se summo opere ab ijs ornatum fuisse.

Eadem die mandauit P. Commissarius suis assistentibus, ut agerent cum P. Prouinciali, qui necessarijs prouideret ad iter peragendum. Ill. Prouincialem monuerunt, ut currum, argentum, atque cuncta longum iter postulabat, pararet. Prouincialis ad P. Commissarium confugit, eum enixè precans, ut usum sui curruś, et quatuor equorum sibi relinqueret, ne penes totam Prouinciam ludibrio exponeretur, futurum namque ut ipse quadpúmum alium currum pararet. Argentum deinde petendum ait a Belgensi monasterio, penes

quod

quod aderat depositum in summa non spernenda do-
nec debitum huiusmodi totius Provinciae contri:
butione sarciretur. Praeterea supplex oravit P. Com-
missarium ut ob oculos poneret Ordinis magistro
graves sumptus, qui Provinciae ex hac visitatio-
ne imminebant: ideircò illorum ratione habita
absolveret, ne teneretur mittere ad proxima Comitia
Diffinitorem, aut Socium propter magnum locorum
intervallum, praesertim cum vice S. P. Rmae. eum
haberent tanquàm Patrem, ac Judicem omnium
difficultatum, et discriminum, quae in Comitijs oc-
currissent tractandae. Rogaret tandem Ordinis ma-
gistrum, ne in eisdem Comitijs pro Russia quidquã
in Poloniam innovaretur.

P. Commissarius, dum ageretur de Provinciae pauper-
tate, praesentem nactus occasionem, coepit de Villa
Zadupza (quae erat petra scandali, et iniustè a
Provinciali retinebatur) sermonem interserere,
Provincialemq. interrogare nunqua Villa ista
esset? quo titulo possideretur: quot annuos reddi-

tus

tui: in quos usus erogaretur. Provincialis tergiversa=ri, rem parui momenti esse, praeteritos sermones recipere. verum compulsus a Commissario, respondit: villam sumptibus Provincialis designatam esse, quae vix ad sui, ac sociorum congruam sustentationem necessaria suppeditaret. suspicionem fecit Dni Commissario circuitio ista. voluitq. super eadem re Patres interrogare. iussit igitur omnes ingenue sua vota efferre, qui pro affectuum diversitate alij alia dixerunt. Et quoniam nonnulli affirmarunt villam a Provincialibus detineri contra testatoris mentem, conclusum est ut P. Commissarius rem hanc examinaret, investigaretq. an Breve aliquod Pontificium Provinciali indulgeret; quid Ordinis magistri sensissent, quid iussissent. Libenter se id facturum spopondit P. Commissarius, praesertim cum in suis privatis instructionibus id quoq. mandatum esset.

Tandem quoniam in literis suae Commissionis iube-

batur

batur P. Commissarius quoscunq. fratres extra clausura absq. Pontificia authoritate reperiiset, ad monasteria revocare: a Provinciali, et Patribus congregatis petijt, ut eorum nomina describerent, referrentq. ubinam sese tenerent, quo iuxta mentem Magistri Ordinis eos ad claustrum redigeret. Placuit id summopere Patribus: rogaverunt tamen P. Commissarium, ut non nullis per aliquid temporis indulgeret tum, aliquorum Magnatum bene de Ordine meritorum causa, qui ad quaedam solemnia eos accire soliti erant, tum multitudinis causa Haereticorum, et sacerdotum paucitatis: tum denique paupertatis causa multorum monasteriorum, quae nisi huiusmodi sacerdotes mitterent ad Magnatum villas, plerasq. eleemosinas amitterent. Caetera omnia, quae initiis actionibus desiderabantur post completam generalem Visitationem, et inquisitionem omnium Conventuum, se facturum sollicitus fuit P. Commissarius, et Congregatione dissoluta Patres

ad eorum monasteria dimisit, suisq. Assistentibus facultatem dedit remeandi suas domos, et neces-saria ad tam longum totius Provinciæ iter com-parandi, pro quo itinerantibus omnia secum de-ferre necesse est.

His totius operis Soclazoviæ aggrediendi opportunis iactis fundamentis, coepit absq. contradictione exequi reformationem, quam in quinque men-sium silentio sibi in idea præscripserat, acceptoq. socio lo-co Assistentium, qui aberant, P.re Baccalaureo Fr.e Adamo Piekarski, Vilnensis Monasterij Præ-fecto, quem propter urgentes causas censuerat Mag.r Chrisostomus alter ex Assistentibus retinendum esse sub aliquo honoris titulo apud P.s Commissa-rium, qui interim visitationem exorditus est a Soclazoviensi monasterio, fungens officio inspectoris potius, quam Visitatoris: dispo-sitionem monasterij: qualitatem familiæ: mo-deratorum defectus considerans, ac observans absq. aliqua immutatione donec munera non

expirarent

expirarent, et compositis tantum ijs, quæ dilatio=
nem non patiebantur, ad Louisiense monasteriu'
non plus tribus milliaribus distitum se contulit.
Vbi aliquibus, qui deliquerant, poena inflicta

ad visitandum Petricouiensem Conuentum duo-
decim milliaribus distantem, et exinde Fidlensem
ad septimum lapidem disiunctum gradum fecit
in quorum visitatione prouti in alijs se gessit. in
omnibus tamen monasterijs generalem inquisi=
tionem faciebat, cui omnes fratres se subscribe=
bant, circa statum, et controuersias Prouinciæ,
et præsertim circa proposita in Soclazouiensi
Congregatione. Inde Sigradiam versus iter cœ=
pit, et in itinere subijt Diui Stanislai ædes
quas poene desolatas reperit. Cumq. sciscitando
cognouisset eas fore opportunas ad instaurandu'
in ijs partibus Dominicanum Ordinem, et cui
Institutoris obseruantiæ restituendum propter

cæli salubritatem, fabricam ex muro erectam, pingues, ac perpetuos redditus: optimorum piscium abundantiam, bonæq. ceruisiæ commoditatem. Reuersis Patribus Assistentibus tractauit de stabilienda ibi obseruantia Dominicani Instituti. Conuocatis deinde Patribus Assistentibus, et familia illius monasterij, superatis quæ obstare uidebantur difficultatibus, et controuersijs, quæ ortæ fuerant: tandem pleno ore atq. ex omnium consensu decretum fuit: Primum omnium Conuentuum reformatorum fore Syradiensem: super quo sequens consilium confectum est.

Die 18. July 1617. Congregati fuerunt ad consilium P. Commissarius una cum Patribus Assistentibus, Præfecto, et uniuersa familia huius nostri monasterij S. Stanislai Syradiæ, et unanimiter laudauerunt, approbaueruntq. religiosam, ac sanctam deliberationem eiusdem P. Commissarij: ut uidelicet Conuentus hicce rigorosam obseruantiam profiteatur: et propterea iuxta

ordinationes

ordinationes Capitulorum generalium, et praeceptum P. Generalis debeat ~~universa tota~~ haec familia uiuere: iuxta institutum S. Patris nostri Dominici, atq. Ordinis sanctiones. In quorum fidem &c. eadem die, et anno omnes se subscripserunt.

Postea factis, et publicatis ordinationibus necessarijs pro stabilitate pred.e reformationis: omnibus Officinis iuxta Constitutiones institutis: fratribus, qui sub reformatione degere nolebant missis ad alia Monasteria, alijsq. magis pijs, ac religiosis viris in locum eorum subrogatis: absoluto monasterij Praefecto tanquam minus idoneo ad vitam obseruantem, et instituto P. Fr.e Georgio Chebnic Concionatore Conuentus Colonien=sis, relictoq. usq. ad ipsius aduentum P.re Thoma de Ausculo eius socio, ut inchoatam reformationem prosequeretur, et carnium esum exterminaret, profectus est P. Commissarius cum suis Assistentibus Pedanum uersus. Cum ad de=

cimum lapidem peruenisset, lustrauit Culmense Monasterium cuius Patres congregati regularem obseruantiam libenter amplexi sunt, prout constat ex sequenti testimonio.

Anno Dñi 1617. July. Conuentus Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli Culmensis cum summa, et alacri promptitudine se subscripsit promotioni regularis obseruantiæ institutæ, et actualiter inchoatæ a P. Commissario; et præsertim quod in Refectorio deinceps nullatenùs fratres uescantur carnibus, iuxta præscriptum nostrarum sacrarum Constitutionum, et totius Ordinis praxim: Quare purgat se Conuentus iste in posterum a macula Conuentualitatis, et pro Conuentu obseruantiæ reputari, et perpetuò haberi desiderat. In quorum fidemq́ omnes propria manu se subscripserunt.

Quo peracto erexit necessarias Officinas: Cleros superiuit: addidit Siradiensis Monasterij generalibus sanctionibus peculiares aliquos, quibus

stabilius

stabilitis, amotoq[ue] omni lapide, qui rectæ obser-
uantiæ obstare potuisset sedanum gessit.

Introducit strictam obseruantiam in cōuentus Gedanense, ac Sceinense, penetratq; totam Prussiam. Cap.

Pridie nonas Augusti R. Commissarius Gedanū peruenit, quindecim millibus passuum distantē a d.º Monasterio, præcipuum totius Septentrionis emporium: peruenit, inquam, tempore quo Nauigia solent confluere, et per fluuium Vistulā ad urbem non plus milliari a mari distantem accedunt onerariæ naues, quibus tantam frumenti quantitatem asportant, ut ipsis tantum nundinis, quæ ab ipsismet Hæreticis Dominicanæ appellantur, eo quod incidant in Dominicalia, auri pondo millia ducenta per Negociatorum manus intercurrant pro frumento tantum. Quum primum appulit ad monasterium, ecce Senatus pro more Germanico iussit salutari R. Commissariū augurando felicem aduentum, misitq. obuiam cum Nuncijs quædam ingentia uasa stannea

Vino

vino plena cum aliquot fructibus sacculo conditis. Monasterium mox subijt, quod lustrans aptissimum fore ad reformandum animaduertit tùm propter vini, ac piscium non ignobilium abundantiam, ac rei frumentariæ annonam, vbi messis multa est: operarij autem pauci; quem locum propterea magister Ordinis Beccaria ~~pro~~ reformationi destinauerat, licet executioni demandare non potuisset. Re in pleno Consilio exposita, habito Patrum consensu ædes illas reformationi dicauit sub sequenti forma.

Anno ab Incarnatione Dominica 1617. pridie Idus Sextilis P. Commissarius expressum mandatum Magistri Ordinis Patribus vniuersis, ac fratribus, in ædibus Diui Nicolai Tarvisianis commorantibus aperuit, quàm nimicùm vellet, familiam illam Dominicanam sanctæ sui Institutoris mandatorum, ac legum obseruantiæ restitui. Qua intimatione audita

Universa paruit familia, et libenti animo Reformationi se subiecit. In quorum fidem se subscripserunt die, et anno, quo supra.

Quoniam tamen in Reformatis monasterijs Tyrones nutriendi sunt, quo arctæ regulari disciplinæ assuescere discant: idcirco P. Commissarius reperto loco apto ad condendam pro ijs domum, Conuocatis Patribus proposuit, et cum eorum consensu decreuit, ut domus huiusmodi quamprimum erigeretur. Decretum tale est.

Die 14. Augusti 1617. Congregatis Patribus, proposuit P. Commissarius uoluntatem Magistri Ordinis de fabricanda Domo pro Tyronibus in hoc Sedanensi Monasterio, et pro omnium voto decretum est, ut iuxta mentem quoq. Prouinciæ, et sanctiones Comitiorum eiusdem omnino, et quamprimum erigi debeant ædes pro Tyronibus, ita ut intra ipsas omnes habeant commoditates. Et propositus a P. Commisario locus recognitus, uisus est inter

omnes

omnes maximè idoneus. Quare Patres vni=
uersi conuenerunt, ut pecuniæ pro ædium
sumptibus assumerentur ex mille florenorum
deposito sibi in eleemosinam dato a Dño Tho=
ma de Hans, et eius Vxore. In quorum fidem
se subscripserunt die, et anno, quo supra.
Quibus sic compositis, assigniatisq., ac missis ad
alia Monasteria Fratribus ibidem manere no=
lentibus, alijsq. quorum non tædebat disciplinæ
religiosæ, accitis, ac Præfecto a moderamine
amoto tanquam ad reformationis onus sustinen-
dum inhabili: relicta Patribus libera electione
electus, confirmatusq. est P. Fr. Martinus Præ-
dicator generalis, obseruantiæ uiam mirificè ap-
petens: publicatæ fuerunt ordinationes factæ
Pradicæ pro stricta obseruantia, et non nullæ
peculiares additæ, quas requirere uidebatur mo=
nasterium.
Illud admiratione dignum est, quod Hæretici se=
natores Hæreticæ Vrbis Sedanensis cum audi-

uisens Reformationem Domus Divi Nicolai
à D. Commissariis institutam cum solemni-
ter auscultarunt, summasq. egerunt gratias
quod Conventum illum reformasset, atq. præ=
cepisset ut iuxta Dominicanas Sanctiones
tradere uitam deberent. Hæc accipiens D. Com=
missarius gestiebat præ lætitia, et credens
eos ~~religiose~~ ipse potius, quàm politicè loquutos
interrogauit, num sibi placeret institutum
Dominicanum? Id responsi ab ijs datum est.
Si in nostra potestate esset, omnia vestrum
monasteria exterminaremus. Scimus enim
uos omnes esse Papistas, nostræq. religioni
infensissimos: quando tamen cogimur vos
ad nobiscum habitandum recipere, uelle-
mus, ut vestrum institutum obseruaretis, quod
inter cætera præcipit, ut vos domi conti=
neatis, nec nostras frequentetis, nullamq. rem
aut commercium habeatis cum nostris
vxoribus, filiabus, nec famulis: quod

eleemosinis

eleemosinis contenti, bona nostra neq. diri-
piatis, neq. cupiatis: frugaliterq., ac parce
uiuatis. Tibi propterea agimus gratias ha-
bemus gratiam, quod uiam aperueris, quo
ad hanc normam suos actus dirigant Alum-
ni Dominicani.

Inde in Lituaniam profecturo, totam Prussiam
emetiri opus fuit. Visit in itinere Tersouiense
Monasterium, a Gedanensi quatuor milliaribus
dissitum, ubi communes ordinationes una cum
alijs priuatis publicauit: officinas omnes iux-
ta Ordinis Constitutiones erexit: foeminas clau-
strum subire solitas a Monasterio extermina-
uit: Officiales Conuentus instituit. Vix fluuium
Vistulam nauigio superarat P. Commissarius, cu
uisus est P. Commissarij currus in praecipitium
quoddam ruere. Vix momentum temporis con-
cessit P. Commissario, quo è curru prosiliret.
Vix euaserat P. Commissarius, cum currus cum
Auriga, et equis, ter, quater inuersus est. Finie-

rat

erat tunc P. Commissarius itinerantium preces et piè credendum est, quod per Sanctorum intercessionem illum Deus ab hoc periculo liberavit. mox Albingam pervenit, urbem Hæreticam, nuper per Poloniæ Regem ad Xpi fidelium communionem reiunctam, eo quod Parochum Catholicum deposuissent. recta ad Hospitium divertit. Hæretici cum vidissent, simul tot Religiosos viros audacter urbem subeuntes in ijs temporum circumstantijs temeritatem admirati, miserunt binos Consules, qui illos insequerentur: et in Hospitium ingressi, famem, sitimq. simulantes, sese Religiosis viris immiscuerunt, quò eorum mentem penetrarent. Quo a P. Commissario perspecto, clàm socios monuit, ut palàm de itinere in Lithuaniam loquerentur. Tunc Hæretici Consules tutiorem esse conversationem dignoscentes, et simplicitate potius, quàm malitia ductos vetitam edicto Urbem subijsse, sese manifestarunt, ac eorum saluti propinare, poculisq. se adinvicem laces-

sire

sic exceperunt: et inter loquendum, habetis, dixerunt, hic (o Pater) Monasterium vestrum, ubi adhuc extant Dominicani depicti, qui Dominicanos vivos expectant: quibus redditis pro humanitate debitis gratijs, abijt D. Commissarius ad Elspergam septem milliaribus distantem, ubi reperit Episcopum Varmiensem, a quo benignissime exceptus, tractatusq. est per diem. Deinde ab ipso directus fuit ad Urbem Resel ad quintum lapidem sitam, ubi in Arce eiusdem Episcopi ab ipsius factore nocte illa introductus est. Postera die suum iter prosecutus, et post quatuor dies superata altera Russiae parte, et vastissima sylva Augustof nuncupata, feris referta, ubi Poloniae Reges venationum delicijs fruebantur lac, et mel producentem ad instar terrae promissionis. tandem Seynam pervenit ubi reperit sui Ordinis Conventum, ad oram Lythuanicam (confinatam vocant Poloni) spectantem, quo

perlustrato: Solitudine, et amoenitate loci perspecta, cognitoq. optimos reditus habere, ac Dominum esse plus lacuum triginta optimos pisces producentium, in mentem uenit hoc quoq. Monasterium ad Dominicani Instituti formam redigere: licet enim proprio muneri iam satisfecisset, dum duo monasteria reformauerat tantam enim pie uiuendi commoditatem considerans occasionem dilabi passus non est: imò cogitauit in singulis Poloniæ oris, seu Regionibus (quæ numero sunt septem) Monasterium reformare, ut si, ipso absente aliqui deficerent, ex septem duo saltem remanerent, iuxta sanctiones Comitiorum generalium, et instructiones sibi ab Ordinis Magistro datam. Peculiares igitur Monasteriorum de stricta obseruantia ordinationes promulgauit: officinas omnes erexit: officiales mutauit: puniuit reos: bonos honorauit et conuocatis ad consilium Patribus, declarauit Monasterium S. Georgij pro Lithuaniæ regione

reformatum

Reformatum modo sequenti:

Anno 1617. Die 9. Septembris. Congregati fuerunt ad consilium in hoc Monasterio S. Georgij Seynensi per R. Commissarium infrascri Patres, qui omnes unanimiter approbauerunt, et laudauerunt Religiosum, ac Sanctum Consilium R. Commisarij ut nimirum Conuentus iste Dominicanae Restituatur obseruantiae pro Vicariatu, seu Regione magni Ducatus Lithuaniae, in quo Fratres nostri tralant uitam iuxta Sanctiones Ordinis ad normam caeterorum Monasteriorum nostri Ordinis, et Comitiorum ac praecipuè Vallisoletani Capituli Statuta 1607. ordinat. 16. et Roman. 1608. confirmat. 9a. et alibi, ac iuxta praecepta Rmi. Pris nostri Generalis Magistri Fris Seraphini Papiensis. In quorum fidem die, et anno, ut supra in d. Monasterio S. Georgij Seynensi se subscripserunt.

Denique quoniam Conuentus ille Dominus est Villarum aliquot, quarum Coloni propter ignoran-

tiam

etiam, quam fratres habebant linguæ Lythuanicæ ignari erant doctrinæ Xpianæ, quæsiuit D. Commissarius Dominicanum Alumnum, qui eam linguam calleret, ac rusticis præfecit, quò illos iuxta ordinem à D. Commissario præscriptum catechizaret. Inde ad Mezesense monasterium ad quartum lapidem situm se contulit, in quo itidem ordinationes generales, et priuatas pro loci illius indigentia publicare fecit, ac fecit quæcunque in alijs monasterijs præstiterat, et præsertim esum carnium in cella cibaria prohibuit

Restituit P. Commissarius obseruantiæ Monasteria Vilnense, Meresense, ac Lublinense, duasq; domus Ordini aggregat. Cap.

Perrexit postea Vilnam quatuordecim milliaribus disiunctam, ubi instabant grauissima religionis negocia, cum uix uestigium aliquod Dominicanæ disciplinæ superesset propter Prouincialium negligentiam, qui nunquam ob loci distantiam, syluarum pericula, graues sumptus, incompositos fratrum illorum mores, ac rebelliones in Superiores, Monasterium illud lustrare ausi fuerant, et iam anni quatuordecim numerabantur, cum Prouincialis experiri uoluit, num locum illum visitare posset: nihil tamen facere ausus, abijt re prorsus infecta; facile enim erat in illis partibus Superiori reditum in Poloniam præcludere, et alia grauiora mala ei inferre. Eundem metum in visitationis exordio tentauerunt fratres incutere Pri Commissario, &

quid innouare conaretur, seu fratres puniret.
Ea omnia spreuit P. Commissarius, audaterq.
suam uisitationem, et inquisitionem prosecutus,
causam Pris Baccalaurei Stanislai Krol, sexq.
aliorum fratrum Cracouitarum, ueneno, ut fe-
rebatur, sublatorum, perquisiuit: Praefectum
illius Monasterij Prem Baccalaureum Pie-
carski, quem penes se detinebat, officio absol-
uit: florenorum tria millia, quae possidebat,
et apud Saeculares uiros detinebat, Monasterio
applicauit, reseruatis tamen fructibus illorum
religiosis indigentijs eiusdem Pris Piekarski
quod occasionem dedit plerisq. alijs fratribus,
qui pecunias penes Saeculares viros asseruabat
eas cum d.a condicione Pri Commissario offe-
rendi: testes diligentissime examinauit in
praedictum Moderatorem super praesumpto pro-
pinato ueneno Pri Krol, eiusq. socijs: officiales
omnes innouauit: officinas denuò instituit.
Tyronum domicilium clausit: regularem ob-

seruantiam

·cuantiam, et ab esu carnium abstinentiam sta·
bilitit cum communi Patrum consensu sub se·
quenti forma.
Nos infrascripti Patres (qui erant unus supra triginta)
parati, promptiq. sumus ad Religiosam vitam
ducendam, iuxta litteram, et normam nostrarum
Constitutionum, quemadmodum professi sumus,
et sicuti viuunt alij boni Religiosi in Conuenti-
bus Reformatis aliarum Prouinciarum nostri
Ordinis; et in fidem omnes se subscripserunt.
Datum Vilnæ die 20. 7bris 1617.
Illud præcipuum in hac visitatione Lythuanica
occurrit, quod dum Dominicana familia in
Jesuitas, et Jesuitæ in Dominicanos insultarent
et in quotidianis ad populum sermonibus se
frequenter lacerarent, Pergamis ad euangelica
prædicationem institutis in perduellij locum sub-
rogatis, non sine maxima Catholicorum confu-
sione, ac Hæreticorum iubilo, et inter cæteros
cuiusdam Lithuaniæ Ducis, nomine Radzi-

uilij

cilij Caluinistarum Antesignani, qui uarijs artibus ignem istum fouebat. Pater uerò Commissarius è contra illum extinguere curauit. Patres Jesuitas ad Dominicanorum mensam inuitauit, ab ipsisq. inuitatus Ptrem Baccalaureum Piekarski ac alios Jesuitarum hostes secu duxit, fecitq. ut iis illis se reconciliarent, praecepitq. ut, ad tollendum populi scandalum, quotiescunq. Dominicanus offendisset siue in foro, siue in alio loco publico Jesuitam illi obuiam procederet, ac amplexibus mutuis se salutarent, Concionatoresq. in Pergamis sanctum Jesuitarum Institutum, laudabilemq. conuersationem praedicarent. Patri uerò Rectori Jesuitarum suasuit, ut, si pacem exoptaret suam familiam officio contineret: idem prorsus se facturum affirmans. His, et alijs opportunè peractis, utramq. familiam dissidentem mutua pace, ac beneuolentia composuit.

Indixit

Indixit postea eidem Conuentui electionem noui Moderatoris, curauitq; ut præficeretur P. Valerianus Groclolski Petricouiensis Monasterij Præfectum, huic oneri aptissimum: dumq; publicatis generalibus ordinationibus, ac priuatis, finem imponeret Visitationi, accessit vir quidam generosus, ac pius, P.rem Commissarium enixe precans, ut lustraret locum quendam, ac templum, quod pro fundatione Monasterij Dominicanæ familiæ offerebat, daturus annuos Redditus pro sustentatione familiæ: cum autem ille Visitationi esset occupatus duos ex grauioribus Patribus ad locum recognoscendum misit: quem post bonam habitam relationem accepit sub titulo Sanctorum Cosmi, et Damiani. Et quoniam dubitari poterat, utrum Monasterium istud iuxta terminos, a Comitijs generalibus præfixos spectaret ad Prouinciam Poloniæ, seu potius ad Ruthenam propterea locum quidem accepit sub obedientia Magistri Ordinis, saluis tamen Juribus utriusq; Prouinciæ.

His sic, Deo dante stabilitis, remeat R. Commissarius in Poloniam secum ducens iustis de causis sibi notis Prem Piekarski proximum Vilnensis Monasterij moderatorem. Meresia transiuit, Deumq. ueneratus, egit gratias, quod fructum aliquem sue Visitationis collegisset: Inde lustrauit locum quendam sibi oblatum a Religioso, ac Pio Viro Dno Sasedij duo milliaria distantem, ubi binos Dominicanos reliquit, qui experirentur, an locus ille ordini conduceret. Peruenit deinde ad Sendomiriense Monasterium, passuum millibus quatuor et triginta distans a Meresia, quod itidem lustrauit, et obseruantiam regularem introduxit, uetuitq. carnes: tandem eadem omnia effecit, quae in alijs Monasterijs: promulgatis denique tam generalibus, quam peculiaribus ordinationibus, Lublinum se contulit, milliariorum octo, ac decem disitum interuallo, ubi maximam reperit oppositionem, regularem disciplinam introducturus, cum aliquot magistri, quibus durum accidebat carnium esu interdici, sese obseruantiae

subscribere

subscribere recusarent, affirmantes Provinciæ il-
li a Summo Pontifice indultum fuisse: cumq. P.
Commissarius petijsset testimonium, neq. Patres osten-
dissent, obiurgauit P. Mrum Bernardum, qui præ
cæteris se opponebat, monstrauitq. non unas litteras,
quas ipse ad Ordinis Magistrum dederat, petens, quod
Provincia illa nimium dissoluta reformaretur.
en (aiebat P. Commissarius) reformationem petebat
P. Vra tot suspirijs, et clamationibus, et modo hac
introducta recalcitras? suum officium prosequens
P. Commissarius, quo ijs insinuaret, se nullum
Pontificis priuilegium vescendi carnibus ad com-
munem mensam habere, ostendit illis permis-
sionem potius quàm indultum, qua gaudebat
Provincia Polonia vescendi carnibus ad mensam
tribus diebus in hebdomada, tempore persecutionis
hæresis Lutheranæ, quæ deducta est ex Varresen-
sibus Comitijs anni 1531. sub sequenti tenore.
Denunciamus Rmum Prem Generalem fratrem Paulum
Butigellam dedisse præceptum in Actis Capitul.

generalis manu propria subscriptum, missum ad Revdum Prem Provincialem, et Diffinitores Capitularis tenoris Praecipio in virtute Spiritus Sancti, et Sanctae obedientiae Priori Provinciali, et Diffinitoribus Capituli futuri Provincialis, ut omnem operam adhibeant quatenus cum effectu reformentur Conventus Posnaniensis, Leopoliensis, Lublinensis, S. Dominici, Plocensis, Sandomiriensis, S. Jacobi, Thurunensis, Elbigensis, Syradiensis, Varacensis, Znenensis, Costiensis, et alij irreformati quantum fieri potest. Item declaro, quod licet aliqui Conventus Provinciae impraesentiarum comedant carnes ter in hebdomada propter paupertatem quam incurrerunt propter persecutionem Lutheranam, tamen non censentur hanc ob causam irreformati, dummodo quando poterunt, revertantur ad abstinentiam a carnibus, iuxta tenorem nostrarum Constitutionum: Quocirca Praesidentium conscientias dictorum Conventuum oneramus, mandantes ut hoc praeceptum R. effectui demandent.

Cum

Cum igitur necessitas illa cessaret, haeresi Lutherana iam, Deo dante, ab ijs partibus exulata, urgebat P. Commissarius, ut redirent ad pristinam obseruantiam: cumq. respondèrent in ijs partibus nullo modo posse ab esu carnium abstinere propter vini defectum, aeris intemperiem, et piscium inopiam. Redarguebat ipsos P. Commissarius exemplo Patrum Ruthenorum, sancti Basilij, Carmelitarum discalceatorum, Camaldulensium, et Carthusianorum, qui habitantes in istis regionibus, a carnibus omninò abstinebant: nec non exemplo Fratrum Conuentus Tyradiensis, et Sedanensis de Stricta obseruantia, qui iam ab aliquibus mensibus a carnibus abstinebant; et nihilominùs optimè ualebant. ac Patrum Leopoliensium Dominicani Ordinis: tandem delinitis contradicentium animis, uocatisq. ad consilium Patribus, regularem disciplinam amplexati sunt, et carnes a communi mensa exularunt sub sequenti forma uti.

Anno 1617. Die 9. Nouembris in consilio RR. Pa.

tum Monasterij S. Stanislai Lublinensis, ab admodum Rdo Pre Pre Damiano a Fonseca &c. congregato, cum summa, et alacri promptitudine amplexata fuit promotio regularis obseruantiæ, instituta, et incoata ab admodum Rdo Pre Commissario; et præsertim quod deinceps in Cella cibaria nullatenus comedantur carnes, iuxta nostrarum Constitutionum præscriptum, et Acta omnium Capitulorum generalium, atq. praxim totius Ordinis; Licebit tamen Præsidenti pro tempore ex iusta causa ijs indulgere, quo extra communem mensam in diebus Dominico, Martis, et Jouis carne uesci possint: non autem feria secunda, et quarta, tam intus, quam extra monasterium, nisi ex causa aduersæ valetudinis, ad quod Superiorum conscientiam teneri uolumus; Subditi uero præsens Decretum transgredientes, afficiendi erunt pœnis in reos infligi solitis iuxta arbitrium Superiorum. In quorum fidem, manu propria se subscripserunt.

Et quoniam P. M. Albertus eiusdem Monasterij

Præfectus

Praefectus fuerat praecipua istius commotionis causa, et ex visitatione constabat eum non esse idoneu ad illud regimen, propterea a P. Commissario fuit depositus, eiq. subrogatus P. Fr. Antonius Monasterij Craccoviensis moderator: quo tempore P. Mr Lucas Posnaniensis monasterij Praefectus, enixe orauit P. Commissarium, ut liceret per eum reuerti ad suum Posnaniense monasterium, cum grauissima instarent negotia. Annuit P. Commissarius, et in locum illius ad instantiam filiorum Prouinciae illius Conuentus nominauit suum Assistentem P. Valerianu Vilnensium aedium Dominicanarum Praefectu quod aegre nimis tulit P. Mr Crisostomus Assistens pro Conuentu Cracouiensi: fuit tamen necessarium talem eligere, ut aequalitas inter partes litigantes teneretur. Ordinationibus ergo tam generalibus, quam peculiaribus promulgatis, praesertimq. S.mae crucis lignum, quod ibi in magna quantitate asseruatur, ueneratus decretoq.

ut

ut in decentiori loco asseruaretur, quò maiori cum ueneratione coleretur, exponereturq. populo in quibusdam solemnissimis diebus adorandum: rénouatis cunctis officialibus, officinis institutis: domo Cyronium ad clausuram redacta in seditiosos poena inflicta, omnibusq. in pace compositis, ad Villam Taduspam ad decimum quintum lapidem sitam, profectus est.

Villam Zadupse uindicat P. Commissarius a potestate Prouincialis, quem ab executione sui officij suspendit. Cap.

Pertinebat de Iure Villa Zadupse ad Domum Lubiszouiensem, quam tamen a multo tempore possidebant Prouinciales cum maximo religiosorum virorum, et secularium scandalo, in cuius visitatione P. Commissarius cuncta male disposita inuenit, nam quidam Germanus Prouincialis factor in ea degebat, qui non solum scandalo erat non mediocri, verum etiam se, suam familiam, ac equos Dominicanis bonis sustentabat, et tanquam villae Dominus in omnibus se gerebat. Vocauerat P. Commissarius Prouincialem, qui tunc functus Prouincia, Vicarius generalis electus fuerat usque ad noui Prouincialis electionem, ut de sua administratione rationem redderet, cumque inuenisset villam per ipsum male administrari, eamque in causa esse, ut quisque Prouinciam affectaret

certiorq; factus, quod ibi dissoluta uita traheretur, et a paupercula Monasterio contra Testatoris mentem ablatam fuisse per Provinciales, qui contributionibus Provinciæ poterant se sustentare pro dignitate, considerans rursus quod sibi a Congregatione Sclazouiensi mandatum fuerat, ut ... facti re accuratè examinata, opportunis remedijs præsto esset, atq; amoueret scandalum, quod Rex, ac Regnum perceperant ab hac iniqua possessione: atq; in commissis haberet ab Ordinis Magistro, ut prædictam villam omni meliori modo reformaret, cupiens rem suauiter componere, suasum uoluit Vicarium, ut ab Villæ administratione desisteret, et cura ista, (fratre ipsius inde amoto) alicui religioso, pio, atq; exemplari Viro, fido, ac bono œconomo traderetur: quod cum Vicarius facere recusaret, monitus licet semel, atq; iterum a Patre Commissario, semper ipse recalcitraret, tandem re bene inspecta, firmiter statuit ita esse faciendum: Quare Patribus ad con-

silium

silium vocatis qui in eo aderant Monasterio, determinavit Villam Zaduszam a potestate Patris Vicarij vindicandam esse, ut statim continuo executus fuit, accersitoq. P. Priore Belzensi, illi dictam Villam tradidit cum his condicionibus. Primo ut integrum hordeum, quod tunc temporis in praed. praedio asservabatur hac una duntaxat vice omni meliori modo venniret, ac in tres partes divideretur pretium, quarum altera in sustentationem Pris Vicarij, altera in solutionem aeris alieni contract. pro Congregatione Sobczazowiensi erogarentur, tertia servaretur pro alimentis futuri Provincialis.

2.ª ut seminationes cuiuscunq. generis tertii tritici pro agrorum qualitate facere teneretur, ac onera tam Conventus Rubiezowiensis, quàm familiae d.ae possessionis subire, ac alios sumptus facere, qui accidirent.

3.º ne Possessionis silvas aliquo modo excideret neque pro usu Belzensis Conventus, neq. eiusdem Villae; tandem ut Praefectus ille è possessione recede-

ret

ret a die Sancti Joannis Baptistæ, eamq. traderet secundum præscriptionem futuram ex officio.
His per P. Commissarij socium denunciatis, continuò acciti fuerunt Coloni eiusdem Villæ, eisq. imperatum, ut pro Oeconomo agnoscerent præd. Moderatorem Belzensis monasterij, eiq. ut antea Prouincia-libus parerent, cum declaratione, quod neq. Vicarius neq. eius Oeconomus Frater Germanus ullam am-plius habebant in d. Oppido administrationem uel authoritatem. Qui Belzensis monasterij Præfectus ob amorem, quo Prouinciam, ac P.rem Commissarium prosequebatur, præd. onus suis hu-meris imposuit cum hac tamen condicione, quòd tertia pretij pars erogaretur in solutionem debiti contracti in Congregatione Soclazouiensi a Belzensi Monasterio.
His ita dispositis, considerans idem P. Commissa-rius varios Prouincialis discursus per Prouin-ciam, esse bono communi eiusdem, quod ipse pro-mouebat, contrarios, nam quod iste ædificabat ille

destruebat

destruebat, et totam Dominicanam familiam sollicitabat in P. Commissarium, quo reformationi, quæ tunc ab ipso introducebatur, se se opponerent, et præsertim carnium interdictui, sine quibus uiuere non posse affirmabat. Hisce, et alijs grauissimis de causis, instante quoq. Sindicatu, quem de administratione facere debebat decreuit P. Commissarius, consulto prius Socio alijsq. paucis Patribus authoritatem Prouincialis Vicarij limitare; eumq. a suo officio suspendere. Quare congregatis Patribus, qui tunc aderant illi sequens præceptum intimauit.

Nos Fr. Damianus a Fonseca &c. Cum ratione officij nostri, et ex speciali commissione Rmi. Patris nostri Fris Seraphini Sicci Papiensis teneamur Syndicatum accipere de bona, uel mala administratione tum in spiritualibus, tum in temporalibus facta per te admodum Reud. Prem Frem Joannem de Lezna Magistrum Prouincialem præteritum, et præsentem Vicarium istius

nostræ Prouinciæ Poloniæ; nec non etiam pro bono regimine, et communi quiete eiusdem ea de causa tenore præsentium, et nostri officij authoritate in virtute Spiritus Sancti, et san-ctæ obedientiæ præcipimus tibi præfato Reu. Pri Fri Joanni de Leoena Magistro Vicario sub præcepto formali, et poena excommunica-tionis latæ sententiæ, hac una pro trina Cano-nica monitione præmissa, nec non sub poena priuationis officij Vicariatus, et magisterij, ipso facto incurrenda, et sub alijs poenis arbitra-rijs, ne durante præd.o nostro circa præd.um tuum regimen syndicatu, et inquisitione per præfatam nostram Prouinciam discurras, uel statum, ac dispositionem Conuentuum innoues, uel Priores existentes absoluas, uel nouiter electos uel eligendos confirmes, uel nouos ordines, seu litteras Patentes per eandem Prouinciam, et illius Conuentus transmittas; sed tantum in aliquo eiusdem nostræ Prouinciæ Conuentu

te

te contineas. In nomine Patris et Filij, et
Spiritus Sancti Amen. Non obstantibus in
contrarium quibuscunq. In quorum fidem his
sigillo nostro munitis manu propria subscrip-
simus. Datum ex Prædio nostro Zaduzsensi die
6. Decembris 1617.
Fr. Damianus a Fonseca qui supra manu propria
Rta fol. 28. Fr. Thomas de Auseulo Lector, et Socius.
Statim ut P. Vicarius tale præceptum sibi in-
timari percepit, summo furore percitus, neq.
illud audire voluit. Sed potius verbali protesta-
tione, atq. appellatione ad Superiores interpo-
sita, ab hypoclausto prosilijt. Pater quoq. Mag.
Chrisostomus, qui tanquam Assistens, et P. Com-
misarij Socius illius partes promovere tene-
batur, Vicario Provinciæ adhæsit, ac sese Com-
misario opposuit: quod advertens P. Commis-
sarius suo Socio imposuit, ut Provinciæ Vi-
carium accersiret, suaderetq. ut desisteret a re-
bellione, heoq. Prælato se subjiceret. Frustra

tamen P. Socius laborauit: quem propterea ide
P. Commissarius sub praecepto formali in scriptis
facto, praesente Magro Chrisostomo iterum com-
pulit ad comparendum, et obediendum: qui ta-
men praeceptum sibi impositum neq. audire, neq.
recipere voluit; sed ad horrea villae fugit, dictitans:
iam protestatus sum. Vtatur P. Commissarius sua
tyrannide: qui interim monuit iterum P. M. Chri-
sostomum, ut suaderet eius amico ad accipiendu
praeceptum, et coram se comparendum. P. M.
Chrisostomus sui officij Assistentiae oblitus,
non modò non admonebat Vicarium; imo po-
tius rebellionem fouebat: aiens eu iam appel-
lasse, atque ac L. interposita fumola illa prouocate
non teneretur amplius obedire. P. Commissarius
uidens Vicarium obstinatum, praecepit P. M.
Chrisostomo, ut secum currum ascenderet; se-
cundum autem Currum, in quo aderant tres
eiusdem Magistri sequi iussit. Cum peruenis-
sent ad biuium, quod et ad Lublinum, et

Rubesouia

Rubiezowiam tendit, iussit Aurigam ad Subli-
num tendere. Quo mag. Chrisostomus audito,
timens ne ibi, cum ille ad nutum imperaret, in
carcerem truderetur, ac pro delicto poena affi-
ceretur, euasit è curru furore agitatus, et Pri
Commissario saepius praecipienti ut ad currum
reuerteretur non modo non obediuit, verùm Po-
lonicè Aurigas interpelans, eò quod P. Commissario
obedientiam praestarent, Zadupsam reuerti ius-
sit; et quoniam P. Commissarius Polonicam lin-
guam ignorabat, neq. Aurigae Latinam capie-
bant, ac in itinere a magistro Chrisostomo, qui pe-
cuniarum dispensator erat, fouebantur, Polo-
no potius, quam Hispano, quem ignorabant obedire uolue-
runt, sicq. Zadupsam reuertebantur. Aderat
cum P. Commissario quidam Iuuenis Polonus,
qui erat illius Amanuensis, nomine Fr. Ber-
nardus, qui semper Pri Commissario fidelis
extiterat. Hic Aurigarum rebellionem per-
spiciens, euaginato gladio, quem clam secum

deferebat, uoluit Aurigas offendere. illi tamen præcepit P. Commissarius, ut gladium reponeret, et loco illius Hungaricum nummum è marsu=pio extractum dedit Aurigis, qui propterea sta=tim mandatis suis paruerunt. Dum tamen P. Commissarius in Lublinensi uia considera=ret Vicarium cum alijs Patribus, qui ad vil=lam se receperant, furijs inuectum, suis omni=bus rebus priuatim, Secularibus, et Villæ sub=ditis munitum, qui de facil: aliòs nebulones con=uocare poterant, timuit ne simul uniti uiam occuparent, atq. iter in Lublinum interdice=rent, ne igitur fieret error peiòr priore, ad Rubiezouiense monasterium diuertit, prædi=ctosq. Patres, quò ab eorum rebellione resipi=scerent monitos uoluit, remisitq. ad eos se=cundum Currum, ut Rubiezouiam ipsum sequerentur. Medium iter tenebat, quando P. Laurentius Vicarij socius præcucurit Com=missarium, et domus præd.ª Præfectum no-

mine

mine Vicarij Provinciæ, et Mri Chrisostom:
monuit, ne Pñi Commissario obtemperaret,
nàm ab eius officio iam fuerat proclamatus.
Hoc tamen non obstante prædtus Vicarius P.
Commissarium pro dignitate excepit, totus ab
eius nutu pendens. Interim supervenerunt
P. Vicarius Provinciæ, et P. M. Chrisostomus,
qui nocte illa magnos ciuerunt rumores, nam
equi Currus P. Commissarij è stabulo extract:
ad Urbis hospitium per ipsos missi sunt. Quo
cognito P. Commissarius continuò mandauit
Pñi Bernardo, qui unà cum Præfecto Pelzen:
sis Conuentus, iam Villæ Zadupsæ Vicario in:
stituto, equos ex Urbis hospitio acciperet, du:
ceretq; ad Villam Zadupsam: ita planè præ:
stitum fuit, licet nox esset, ac omnia gelu
rigerent. Cum hæc P. Vicarius, et P. Mag:
Chrisostomus resciuissent, sollicitauerunt
omnes Aurigas unà cum Pñis Vicarij ger:
mano fratre sæculari, qui antea de Villa Za:

dupsa curam habuerat, ut cum alijs Nebuloni-
bus, qui Sclopis, frameis, ac Placetris armati
Villam Zaduşsam nocte illa inuaderent, ac equos
diriperent: quod dum intentarent, duce Socio
P. Provinciae Vicarij, sese ijs opposuerunt P.
moderator Belzensis, et Fr. Bernardus. Viden-
tes tamen Rusticorum multitudinem armis
communitam, et a praedictis Patribus commo-
tam, cum nemo unquam se poenituerit Ca-
toni assensisse, maluerunt iterum Rubiezo-
uiam reuerti cum equis, quam ijs obsistendo
discrimen aliquod subire. Reuersi igitur cum
equis illa eadem nocte, illos Vicario Domus
custodiendos tradiderunt, qui ad stabulum
Monasterij adducti sunt.
Postera luce cum praed. Patres Vicarius Pro-
uinciae, et Mag.r Chrysostomus a Socio P.
Commisarij, et ab alijs Patribus serio mo-
niti fuissent, ut propriae animae consule-
rent, ac Prouinciae dignitati; poenitentia
ducti

ducti, volentesq. praeterita retractare, seq. in omnibus, et per omnia subijcere obedientiae Dñi Commissarij, ad ipsum introduci petierunt. Quo obtento, et benignè recepti, in terram prostrati, obortis lachrimis, tanquam alij filij prodigi dixerunt: Peccauimus coram Deo, et P. V., cuius non sumus digni uocari filij. Quare pietatem imploramus. Tum P. Commissarius Rem̄ Vicarium interrogauit, an esset paratus ad accipiendum praeceptum, et suspensionem sui Officij, 2a dupsto sibi intimatam: quo respondente se uelle in omnibus obedire, subscripsit manu propria imposito sibi praecepto sequenti modo.

Ego infrascriptus coram RR. PP. Mro Chrisostomo, et Thoma de Aurculo socio Dñis Commissarij accepto praeceptum mihi lectum, et intimatum, meiq. Officij suspensionem. In quorum fidem manu propria subscripsi die 6. Decembris 1617.

Tunc Pr. Commissarius Patrem Vicarium Provinciæ ab excommunicatione absoluit, eiq., et Pri Mro Chrisostomo pepercit, cuius tamen opera amplius uti noluit; sed ab officio Assistentis liberum cum Pre Vicario Provinciæ Cracouiam destinauit.

Visitat P. Commissarius Conuentus Rubiezouiensem, Hroldensem, & Vlodomiriensẽ baptizatq; Sarnij Primogenitum Ducis Chiartorisensis. Cap.

Villa Zadupsa è scandalosa Prouincialium Poloniæ potestate uindicata, prosecuturus P. Commissarius suam generalem Visitationem, et inquisitionem, breui se absoluit a domo Rubiezouiensi, distante per milliare a Villa Zadupsa, unde se contulit ad Conuentum Hroldensem tribus lapidibus disiunctum, et inde Vlodomiriam quatuor distantẽ in quæ monasteria regularem itidem introduxit disciplinam, esum carnium in aula cibaria interdixit: nouos officiales instituit: ordinationes tàm generales, quàm peculiares pro indigentia uniuscuiusq. Monasterij publicauit: Cumq. emenso duodecim lapidum interuallo Lucerinum monasterium teneret, ecce comparuit nuncius a Duce Chiartoriense cum litteris ipsius, quibus enixè

precabatur P. Commissarium, ut uellet natum sibi Primogenitum, in die instantium Domini nostri Natalium, salutari baptismatis fonte lustrare in oppido suo Sarnio nuncupato, sperans Primogenitum suum, licet Ruthenus esset, et ex matre schismatica natus, fore tamen corde unitum Ecclesiæ Romanæ, si ab eodem Commissario Baptismi sacramentum susciperet. Qua propter nolens P. Commissarius tantum Principem, et optime de Dominicano Ordine meritum defraudare, profectus est Sarnium distans a Luceoria tribus passuum millibus ultra uiginti; in quo itinere grauissima subijt incommoda, tum propter incredibilem frigoris rigorem, tum etiam quia ultra Luceoriam Russiam uersus, iam deesse incipiunt hypocausta, quæ alba uocantur, propterea quod habentia caminos, per quos fumus euaporat, alba conseruantur, et inueniuntur hypocausta nigra, sic dicta, quod caminis, per quos fumus exeat, carentia, tota denigrantur ita ut è solo

fuligines

fuligines perpetuo pendeant, quæ identidem
cadentes, ac fumus intensior, qui ad instar den-
si turbinis se se cogit visu sæpè sæpius habi-
tatores privant. Oportuit igitur Rem̃ Com-
missarium prima nocte, qua ex Lucenia disces-
sit, in quodam simili hypocausto manere; et
quanquàm multa mala de similibus Russiæ
hospitijs ex multis audisset: plura tamen exper-
tus fuit: fumus enim, et calor vehementes hypo-
caustum a solo ad imum propè pavimentum
iuxta quod aperta erat quædam parva fene-
stula, per quam fumus exibat ita urgebant, ut
nemo stare posset; sed opus fuerit more Turca-
rum in terram se prosternere quò respirarent
et quod peius fuit nunquam Rc Commissarius
quiescere potuit, præsertim propter rumorem
Rusticorum, qui ibi usq. ad ebrietatem cervisiã
bibebant.

Inter alios duo, qui sese poculis lacessebant, pactũ
fecerant, ut tandiu alternatim biberent quo-

usq.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

usq. alter alterum non videret. Quare P. Commis-
sarius curiosus petijt à socio Polono, qui iux-
ta supra pellem vrsinam iacebat (quibus Polo-
ni pro nobilibus lectisternijs utuntur) ut inter-
pretaretur, ac declararet quid duo ij Rustici loque-
rentur, qui se Polonico ritu ad bibendum prouocan-
tes alter alterum identidem interrogabat, num
eum videret. alter primò interrogatus respondit
se certè alterum videre. et hoc petente, num quo-
ta illi magnitudinis videretur? respondit: eum
esse eiusdem magnitudinis, cuius ille erat: qua-
re concludebant: Ergo bibamus. et iterum mul-
tiplici potu se salutabant, et pro more prouoca-
bant ad bibendum. Jam secundò alter compoto-
rem interrogat, an videretur, et quantus esset
et respondente hoc se illum videre, nec esse ma-
iorem gallina: potum prosecuti sunt, quousque
tertiò alter interrogauit, num videretur: respon-
dit: alter se eum tantillum videre, ac si esset mu-
sca. iterum biberunt, donec uno obruti respon-

dente

derint se nihil prorsus videre. tunc unanimiter concluserunt se satis esse peregrinatos: quiescerent, et vinum edormirent. Jam pene aderat media nox, cum P. Commissarius tantisper somnum capere coeperat, quando a Galli gallinacei cantu, qui erat post fornacem expergefactus est: quod aegre ferens P. Comissarius, qui aliqua quiete indigebat ex longo, et molesto itinere fatigatus dixit socio Polono, ut Gallum iteratis vicibus canentem interficeret. respondente socio id minime licere, iniunxit P. Commissarius eme illum, et interfice. obstitit Caupona affirmans se nullum alium habere horologium. cessante Galli cantu, somnum recuperauit P. Commissarius. Vix horam quieuerat, quando infans, qui in cistula in aere suspensa iacebat vagire coepit, neque unquam cessauit, quantumcunq. a matre, quae prope aderat supra tabula, iteratis vicibus huc, illucq. agitaretur per cordulam cistulae alligatam (hac enim arte utuntur eae gentes ad Puerulis blandiendum

donec fletu defessus obdormierit. ipse quoque Commissarius somnum recepit. vix quietem delibauerat, quando culices, et alia huiusmodi animalia, quae in hypocaustum propter summam temporis inclementiam, tanquam in Asylum confugerant, talemque strepitum usque ad matutinum fecerunt, ut D. Commissarius nunquam oculos claudere amplius potuerit. iussit sub auroram currus parari, et è nigro illo hypocausto, nigrior ipse, ac male affectus euasit. Peruenit Sarnium ubi à suo Exc.mo Duce, multaque nobilitate tam Polona, quàm Ruthena, tam Catholica, quàm schismatica, et Ariana, quae ad festa huiusmodi conuenerat, honorificè exceptus, stata die, Dominici nimirum Natalis Primogenitum Ducis sacro baptismatis fonte lustrauit contradicentibus Poponibus, hinc Sacerdotibus Ruthenis, instanterque apud Ducem proclamantibus: Primogenitum illius uxore Ruthenum fore ritu graeco, et Ruthenis, non

autem

autem ritu Latino, et Romano baptizandum
eos tamen Dux compescuit, et D. Commissarius
Primogenitum baptizauit, uocauitq. Constan=
tinum. Post baptismum, crucem auream cum
ligno Sanctissimæ crucis ad eius collum appen-
dit: Iubens. Constantine in hoc signo uinces.
Tunc Dux afferri iussit duas pretiosas scutellas
uini affatim capaces, ex optimo argento deau=
rato conflatas, bina pocula concaua rotunda,
moschouiticum opus, moschouiticis litteris im-
pressis, quibus affirmabat se esse Magnum mo-
schouiæ Ducem: et idem Ex.ᵐᵘˢ Dux è thesauro
Moschouiæ Ducum acceperat, dum cum Polo-
no exercitu moscham illius Ducatus metropo-
lim depopularetur. eas igitur uino plenas, et pri-
mum ad Infantuli labella admotas, quasi D.ⁿⁱ
Commissario propinasset, Dux nomine filij ei=
dem dono dedit, quem postea introduxit ad sua
uxorem schismaticam ex partu decumbentem
quæ similiter D.ⁿⁱ Commissario donauit binas

mappas auro, et serico ab ipsamet elaboratas, ua=
rias Ruthenarum venationum figuras expri:
mentes. Mansit D. Commissarius apud Ducem
quinque dies, quibus mirabiles ritus, et ceremo-
nias Ruthenorum, prout a suis maioribus absq.
ulla reformatione acceperant, uidit: præsertim
admiratus est magnificos sumptus, quos faciebant,
tam in edendo, quàm bibendo, seq. inebriando.
Mane etenim parabantur mensæ oblongæ ad
instar Monachalium, quibus accumbebant viri
nobiles, qui accurrerant, et ientaculum appone-
batur omnis generis conditurarum, bellariorum,
et lenociniorum, quæ è diversis Orbis partibus
profusis sumptibus per Dantiscum transporta=
bantur, ex Indiis nimirum præsertim Orienta=
libus, ex Insulis Madera, Azora, et Brasil:
Genua, Neapoli, et alijs remotissimis locis.
Dixisses Arabiam, Cyprum, et fortunatas In-
sulas illuc nectar, et Ambrosiam conflasse
Non deerat ibi Zingiber,

non cinnamomum, non aromatariæ nuces, ra:
dices, quas uocant di Scorsonera, ac diuersa alia
genera Indorum, aliarumque regionum frugum
saccharo conditorum. post quarum rerum come-
stionem propinabantur uariæ aquæ in paruulis
argenteis vasculis, ex cynnamomo, scorzonera
coliandro, nucibus muscatis, alijsque aromatibus,
distillatæ. Vix ientaculum istud finitum erat,
quando incipiebant mensas iterum cum alijs
mappis mundis præparare ad prandium, ad
quod nobiles Viri, qui inuitati erant, conue:
niebant, eorum famulis in medio hypocausto
stantibus: Primum apponebantur epulæ
inassatæ ex omni genere carnium, et volati-
lium, inter quas comparuit ingens bos totidus
integer, ab octo Ardoribus (ita uocantur fa-
muli infimæ condicionis Nobilissimorum
Polonorum) asportatus duobus maximis ve-
rubus transfixus, ac deinde equus Silvester
itidem inassatus, et Onager, siue (ut uocant)

magna bellua, quæ posita fuerunt supra magnam tabulam in medio Aulæ illius præparatas, ex qua ab eleganti sectore in frustra diuisa discumbentibus dispensabatur. mixta autem erant cum assatis his ferculis omnia alia frigida tam quam pastilli, qui carnes in uentre abscondunt, artificiosissimè præparati. Post quam aliquot uicibus in epularum exordio ceruisiam hauserant, appositum est vinum Rhenanum, quod decus mensæ uocant, et Petresimon aliud vini genus, ita dictum, quoniam a quodam Hispano, qui Petrus Simon uocabatur, primum ex Insulis Canarijs in Poloniam transportatum fuerat per Dantiscum, et Vinum Hungaricum quod pretiosissimum est in ijs partibus: in tanta copia tamen dispensabatur, ut illud facerent è tectis ad instar pluuiæ irrorare. Cœpit Dominus Dominus pro more patrio vinum haurire cæterisq; propinare, qui deinde ad inuicem se se mutuò ad bibendum prouocabant: neq; te-

nebantur

nebantur prouocati statim bibere; sed licebat po-
cula uino plena apud se reponere, ad libitum po-
stea haurienda: ita tamen ut nullus cyathus plenus
è mensa amoueretur: quod propinanti maxime
esset iniuriæ; propter quam causam sæpius
machæras impugnantes, altercationes, et rixas
mouebant. Quisq. dum bibebat, tenebatur alteri pro-
pinare, et iste propinanti spumanti patera
respondere: neq. unquam potui finem imponebat,
donec uino obruti extra sensus raperentur. qui
magis sobriè bibit, ut uir aliquis religiosus ul-
timus, qui legem soluebat, luminibus in cælum
sublatis, quasi Angelis propinaret, potui finem
imponebat. Remota prima mensa Assaturaru,
quæ per horam protendebatur, mutabantur map-
pæ, et incipiebat secunda mensa coctorum,
in qua similiter carnes, et volatilia ex omni
genere elixata distribuebantur. terminabat cu
pulmento quodam ex pisis confecto, quod dum
deest, licet gulæ multæ, et delicatæ adpareant

habetur pro ientaculo: ita ut aliquando cum Dan-
tiscani Consules lautissimo prandio Poloniæ Re-
gem excepissent ad Turrim della Lanterna nun-
cupatam, una milliare ab Urbe distantem ad Bal-
tici maris litus sitam, qua fluuius Vistula in ma-
re influit, sed quoniam risa defuerunt, Rex de
ientaculo gratias egit Consulibus. Secundæ men-
sæ fine imposito, quæ aliam horam perdurauit,
tertio mappæ mundæ appositæ sunt, nec mi-
rum si toties mappas commutarent; nam quicqd
uini superera, super eas quantumuis pretiosas spar-
gebant, nefas magnum existimantes uinum
in terram effundere. Jam ad tertiam mensam
nobilissimi pisces appositi fuerunt, conditi diuer-
sis aromatibus cum delicatis iusculis. tandem
uarij fructus, et bellaria ex saccharo præparata
allata sunt cum admixtione eorum omnium,
quæ ad potationem comprobationem censentur
apta: puta Colymbades Hispalenses, amygdalæ
cicures, cappares, et alia fructuum genera sale

conditorum, aut aceto. In fine huius ultimæ mensæ; dum Conuiuæ uino incaluerant, grauiora negocia tractabantur: varijs gratijs Dux subscribebat, inter quas ea singularis, quam Rector Luceoriensis Collegij è Societate Jesu obtinuit, qui per illud temporis cum supplici libello, penna, et atramentario comparuit coram Duce, eum enixè precans ut memoriali libello subscriberet, quo paucos cineres ex Syluis S. Ex.^{tiæ} postulabat, cui statim Dux subscripsit: qui cineres in Angliam, Londriumq. per Dantiscum, et mare Balticum transportati magni æstimantur, sunt enim magno usui in tingendis pannis, qui in ijs partibus pretiosi fiunt. ex hac cinerum extractione sperabat præd.^{tus} Rector se florenorum tria millia lucraturum. Dum interim pocula non intermitterentur, quisq. rationis usu deperdito pro genio loquebatur. mirum erat eos audire. quidam natura hilares alta uoce canebant: alij Saturnini ple:

cabant: Martiales macharis euaginatis quæstiones mouebant, neq. deerant Venerei, qui currecent in mulierum amplexus; cæterum illæ ad aliud hipocaustum confugerunt: alij somno obruti, mensæ languidum caput concredidecant: alij denique a famulis ad cubilia asportati sunt, ut illos omittam, qui (dicto sit uenia) cum non possent amplius superfluum potum stomacho continere, euomebant. totam diem perdurarunt hæc spectacula. Post exiguum temporis interuallum, denuò mensæ stratæ sunt ad cœnandum. vix hora noctis elapsa qui uoluerunt, conuenere ad cœnam, ~~quæ~~ itidem in tres mensas diuisa, quæ diurnis magnificentiores sola ebrietate soluebantur. Consueuerant inter pocula de Religione disputare, quemadmodum die illa fecerat nobilis quidam Arrianus, qui Catholicos irridebat, quod Virum passibilem et mortalem Deum colerent, multasq. blasphemias iactaret in Xpi Diuinitatem; omnes ad

Commissarius

Commissarium conuersi, expectabant, ut Arriani superbiam contunderet. Iste, ne pateretur impunè fidem nostram conculcari, ad Arrianum conuersus, ait: Siste quaeso aliquantulum, et Prophetam magnum, quem Deus suscitauit in nobis desine calumniare. Tunc Arrianus respondit: Prophetam magnum Xpūm agnosco: nunquam tamen ut Deum adorabo. Ad quem P. Commissarius: Si Xpūm pro magno Propheta uenerabis, fateri necessariò debes, illum ueridicum fuisse, minimeq Sycophantam aliquem; imò (subiunxit Arrianus) Petro hac in parte subscribo de Xpo scribenti Pe. Petri, quod peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, non dolos, non falsa, et mendacia praedicabat. Quo audito P. Commissarius ad discumbentes conuersus, eos testes appellauit, quod Dominus ille fatebatur Xpūm fuisse magnum Prophetam; ueridicum, nunquam mendacium protulisse, neq. ab aliquo Sycophantam appellari potuisse, et fatente Arriano haec uera esse, et a se prolata

lata pro veritate, occurrit P.ri Commissario efficax
argumentum ad hominem Arrianum conuincendum.
Quare surgens, et stans erectus, omnium Conuiuarum
captans beneuolentiam, subiunxit: ecce modò in
præsentia omnium vestrum, grauissimorum meorum
Dominorum, temeritatem, et petulantiam Arriani
istius compescam, et ex concessis ab ipso conuincam
Xp̃um Dominum fuisse uerum Deum. Tunc Dux
exultans præ gaudio (erat enim satis pius,
satis religiosus) ait: si id præstet P. V. ego spon-
deo pro Domino isto, quod donabit horologium illud,
quod apud se habet (quod erat satis pretiosum) op-
tarem potius respondit P. Commissarius, quod il-
luminaretur, suumque errorem dignosceret: et conti-
nuò subiunxit. Xp̃us Dominus fuit magnus Pro-
pheta, neque unquam in ore ipsius dolus, aut men-
dacium inuentum est, ut tu D.ne fateris cum
tuo præceptore Arrio; sed Xp̃us D.nus sæpè sæ-
piùs suo proprio ore affirmauit, multisque mira-
culis confirmauit, se esse uerum Deum: ergò ipse

est

est uerus Deus: alioquin si non erat, mendax erat, nugator, et sycophanta, qualis esset omnis ille, qui se falsò Regem faceret. Applauserunt omnes Dñi Commissario, rogaruntq; ut loca Scripturæ proferret, in quibus Xpus se Deum appellabat, qui illicò protulit verba Xpi dicta Samaritanæ, aienti: Scimus quia Messias uenit, et ille docebit nos omnes veritatem: cui Xpus, inquam dixit: Ego sum, qui loquor tecum; et illud Joan. 8. Ante quam Abraham fieret ego sum, idest ab æterno ego sum, qualis solus Deus benedictus: Quare Pharisei Xpum, qui se Deum introducebat tanquam blasphemum lapidare uoluerunt. Tunc Arrianus se conuictum contemplans, ut aliquo modo euadere posset, dixit: Ego non credo uestris Biblijs, uos enim Scripturam ad libitum corrupistis. Tunc P. Commissarius: facias ergo Dñe tua biblia adferri, coactusq; fuit illa producere, in quibus citata loca minimè erant corrupta; sed cum uulgata concordabant. continuò

Dux apprehensa horologium cum communi Conuiuarum plausu, P. Commissario tradidit, quo utitur usq. in hodiernam diem. In eisdem exercitijs quatuor consequentes dies exegerunt, quos P. Commissarius Sarnij moratus est, quem mox abiturum donauit Dux curru Italico more fabricato, cum quatuor equis, qui illum traherent; equum barbaricum, pulchritudinis, ac uelocitatis eximiæ ad equitandum, ac binos tapetes ex serico, et auro contextos ad ornatum currus interiorem

Diuertit P. Commissarius ad Russiam Prouinciā: uisit Leopoliensem Conuentum, & Collegium S. Mariæ Magdalenæ, manuq; tenet Prouincialem in suo Officio. Cap.

Acceperat P. Commissarius paulò post Congregationem Zocházouiensem nouam institutionem Commissarij, et Visitatoris Prouinciæ Russiæ. Quo cognito Conuentus Leopoliensis Præfectus cum grauissimis Prouinciæ Patribus, duos ex eorum cœtu miserunt Lublinum, dum ibi esset P. Commissarius, eum enixè precantes, ne grauaretur Leopolim usq. se transferre, quò Prouinciam illam dissensionibus laborantem paci restitueret; consideransq. P. Commissarius, dum esset Sanij, se non longè distare à Leopoliensi Monasterio, Cernuisensi Duci vale dicens, prosperaq. cuncta ex corde precans uoluit Prouinciæ discriminibus præstò esse. Cumq. uenisset ad Villam quandam Conuentus Leopoliensis Zarubæ, itinere 20. milliarium, ibi reperit d.ⁿ Præfectum cum alijs præcipuis Prouinciæ Patribus, eius

aduentum praestolantibus. honorifice eum exceperant, duxeruntq. Leopolim, tribus lapidibus seiunctum. quò ut primum peruenit consolatione, et gaudio perfusus, Monasterium, nulli totius Septentrionis Dominicanae Domui secundum, perlustrauit, quod reperit ex muro egregie fabricatum: Domum Tyronum clausam, lectissimum, et copiosum Adolescentiae florem continentem: omnes officinas optima dispositione erectas: Chorum tam diurno, quam nocturno tempore ab uniuersa familia frequentatum, diuini cultus summam curam, et diligentiam gerentem: carnes tàm a communi mensa, quàm a tota domo exterminatas: pingues redditus, egregiasq. villas, ac subditos possidentem; Lacus perplures, optimis refertos piscibus, ac diuersorum generum, obtinentem: Magistris Ordinis, eorumq. ministris obsequentissimum, quem ut primum generalis Mag.r Becchaia subijt, non conuentum fratrum, sed Angelorum Paradisum subijsse sibi uisus fuit, prout ad perpetuam rei memoriam in aeterno monumento, quod in Dormitorio fratrum extat, legitur

et

et antequam aliquid ageret, uoluit Fratres ad capitu-
lum conuocare, et litteras Patentes sui Officij publicare.
Patres autem Prouinciæ ut praeceptis Patris Generalis
sese obedientissimos ostenderent, ante quam dictæ litte-
ræ legerentur, aut intimarentur, eum statim in Com-
missarium, et Visitatorem receperunt; Postea uero ha-
bita Congregatione, Visitationem illius Monasterij indi-
cens, publicauit litteras sui Officij quæ erant eiusdem
omnino tenoris cum illis Commissariatus Poloniæ, mu-
tato tantum Prouinciæ nomine. Vix hæc peracta
fuerant, quando è Varsauia peruenit P. M. Antoni-
nus Prouincialis, cui præcipui Patres obedire nolebant,
neq. illum ut Prouincialem habere, contendentes Pro-
uincialem Russiæ ex prima sua institutione fuisse
triennalem, eradictumq. Magistrum ad diē S. Joannis
Euangelistæ tres annos Prouinciam obtinuisse: inde
Prouincialis tuebatur Prouinciam esse quadriennalem,
ac propterea adhuc annum sui officij superesse. Vtrisq.
igitur obstinate altercantibus, P. Commissarius suam
interposuit authoritatem, effecitq. ut non modo dict.

Patres in carceres non detruderent Prouincialem, prout minabantur; verum etiam ut talem agnoscerent, quem in Prouincia confirmauit, roborauitq. sua authoritate, quatenus esset opus, fratres compescendo, donec plenè de istius causæ meritis informaretur. Sufficienter Patribus auditis, quoniam res erat grauissima, ac rationes Patrum Prouinciæ concludere uidebantur P. Prouincialem iam suo officio functum fuisse: propterea totum negocium ad Magistrum Ordinis remittendum esse statuit, instantibus præsertim comitijs, quorum declaratio hac in re uidebatur satis necessaria. Interim uerò de consensu eorundem Patrum ad euitandos omnes scrupulos, authoritate sui officij illam P. Prouincialis stabiliuit usq. ad Comitiorum diffinitionem. Postea Monasterium lustrauit inuenitq. inter alia litterarum studia omnino collapsa; egregiam iuuentutem sine Præceptore: Quapropter ludo literario præfecit Fr. Thomam de Asculo eius socium, qui statim lectiones habere cœpit, nominauitq. Baccalaureum ordinarium,

Magistrum

Magistrum Studij, et Lectorem Logicæ: dispensationes Studentibus concessit: Lectionesq. sine intermissione ut singulis diebus explicarentur curabat: ac cum disputationibus, et literarijs certaminibus interesset, tam Lectores, quam Discipulos ad literariam pugnam inflammabat, stimulabatq. ut pergerent segnes identidem castigabat: sedulos laudibus, et premijs ornabat. Ordinationes tam generales, quam particulares, præsertim pro bona studiorum directione, ac Tyronum educatione promulgavit: in delinquentes aliquot animadvertit: alios discordes composuit: eaq. omnia peregit, quæ aut tempora, aut necessitas postulare videbantur.

Provinciæ iam functus fuerat Præfectus Lepportiensis Conventus, et Baccalaureus Fr. Fabianus, qui apud P.rem Commissarium liberum habebat aditum, et nomine illius se ad eam Præfecturam evehi curaverat, eiusdem Commissarij benevolentia fretus, nec incassum laboravit, electus namq. fuit vix quoquam refragante: cumq. exul-

tabundus

tabundus suae electionis nuncium ad P.rem Commissarium deferret, qui iste nihil propterea gauisus, imò illum toruis oculis intuens (qui sese iam turbauerat, quid sinistrum a facie coniectatus) ita affatus est: Poterit ne R. V. hoc onus sustinere, suo muneri satisfacere? Potero respondit ille. Sed quomodo (subiunxit P. Commissarius) a me saepe monitus, ut regularem disciplinam seruares sicut caeteri Religiosi, scilicet ab esu carnium abstineres, et matutinarum horarum recitationi aliquando interesses, id semper recusauit, muniens se subscriptionibus, et testimonijs medicorum affirmantium Rev.dam V.ram ei valetudini esse obnoxiam, ut a carnibus abstinere, et chorum frequentare nullo pacto possit; Qua igitur ratione, stante hac immola valetudine poterit in hoc Religiosissimo Conuentu suis subditis exemplo esse, Constitutiones obseruare? numquid Deum, et S. Patriarcham Dominicum deludet? certè quantum in me erit nõ patiar. O bone Deus! (inquit ille) quantum me

P.V.

P. V. frustrata est, a qua ego omnem gratiam, et honorem expectabam, modo deprimor. et assequetur (respondit P. Commissarius) per me illos honores, quorum capax est, et absq. detrimento Ordinis. Mox iussit Patres ad consilium conuocari, quibus legendas tradidit Constitutiones, quæ de moderatorum electione agunt, præcepitq. in meritum S. obedientiæ, ut palam faterentur, an P. Fabianus electus esset talis qualem Ordinis Constitutiones exposcunt? Affirmarunt cuncti, nullam ex requisitis condicionibus habere. A P.re Commissario reprehensi de electione, satisfecerunt dicendo putasse se rem gratam S. P.ti facturos. Vt ergo sciatis ueritatem, id mihi nunquam uenit in mentem, licet amicus sim P.ri Fabiano, quia aliæ sunt leges amicitiæ, aliæ leges regiminis electionem authoritate mei officij factam in personam P. Fabiani irritam facio, et aboleo, præcipiens uobis, ut modo ad aliam electionem procedatis, et commendauit alium P.rem regularis

obseruantiæ promotorem et sanctarum consuetudinum illius Conuentus zelotypum, virum quidem integritatis eximiæ. Prem uerò Fabianum, qui egregius erat Doctor, et Concionator consolatus fuit, promittendo quod exoraret Ordinis magistrum ut eum magistrum crearet, quod reuera præstitit.
Huic visitationi ultimam manum imposita, Collegium S. Mariæ Magdalenæ extra mœnia Vrbis adiuit, quod in amœno situ ex muro fabricatum, et abundans Redditibus reperit, decreuitq. ut postquàm perfectum fuisset ædificium, Studium, cum Regente, et Lectoribus Conuentus Leopoliensis ad dictum Collegium transferretur; quò sic illo spiritualibus: Studentes litterarum studijs liberiùs uacarent. Antequàm recederet aliquot Officiales instituit, ac ordinationes pro Collegio necessarias publicauit.
Quibus peractis, remisso Vilnensis monasterij Præfecto (quem loco Assistentium socium elegerat) ad suam Prouinciam, ne illi eius absentia

oberret

obtinet, cum iam de rebus Polonis experientia esset edoctus, Præmiliam petijt, ut visitationem Prouinciæ Poloniæ concluderet, comitatus eousq; a P.re M.ro Gabriele, et a P.re Fabiano, qui Diffinitor, et Socius ad Comitia Vlysisippone habenda proficiscebatur. In itinere uisitauit Conuentum Jauorouiensem, sex milliaria dissitum, ubi in Præfectum testes examinauit, cuius incuria, Prouincialisq; negligentia monasterium tendebat in exterminium: Quare obseruantia introducta, et esu carnium interdicto, omnibusq; ijs peractis, quæ ad reformationem necessaria uidebantur, discessit Mostisiam uersus tribus milliaribus distantem, comitatus a moderatore Conuentus Jouorouiensis, ibiq; ab optimatibus, qui illum protegebant, dissitum a prouincia absoluit, et in grauiorem poenam damnauit, ceteraq; omnia præstitit, quæ poscere uisa est dissolutio. Inde perrexit ad Conuentum Samboriensem, quatuor milliaribus segregatum, ubi regularem obseruan-

tiam

tiam omninò iacentem erexit, Conuentumq. ad ueram
disciplinam reuocato iuxta aliorum formam, Prez=
=miliam se contulit, itinere septem milliarium, vbi
Monasterium reperit, alioqui egregium ex mar-
mora arte constructum, magnis redditibus locu-
pletem, exterminio proximum propter multitudi-
nem dissolutorum, ebriorumq. fratrum, qui à mo=
deratore corrigi non poterant, in quos seuerè ani=
maduertit, et magis dissolutos ad alia Monasteria
transmisit: studia penitùs derelicta restituit: or=
dinationibus generalibus, ac priuatis promulgatis,
et regularis disciplinæ obseruantia introducta,
abijt Sandomiriam, vrbem ad uigesimum millia=
re distantem. In itinere fit obuiam P. Lector Be=
nedictus Gedanensis reformatus, qui Pri Commis=
sariò porrigens decretum electionis factæ Cracouiæ
de Pre Mro Erasmo, qui immediatè fuerat illius
Conuentus Præfectus, subdidit, quod in istam ele=
ctionem protestabantur quotquot illum non
elegerant: è contra autem Lectores in prote=

stantes

scantes reprotestabantur, quod in causa fuit ut magnum incendium excitaretur: propterea ne grauaretur ad illud extinguendum sese ipse conferre summis precibus exorabant: Qui autem P. Mum Erasmum elegerant, in sui fauorem adducebant Summi Pontificis indultum, per quem licebat eum iterum Monasterio praeficere, suppositis aliquot condicionibus. P. Commissarius negocij grauitatem bene considerans, et quod maturo consilio, ac deliberatione indigeret, Cracouiaeq. neminem se posse consulere cum tota familia aut uni alteri parti adhaereret ad Patres Cracouienses rescripsit: se quamprimum Varsauiae adfuturum, ubi consultis egregijs Patribus suo muneri satisfacturum. Interim tamen pacem è Caelo delapsam, mutuamq. concordiam inter ipsos etiam atq. etiam commendauit.

In aliquot Conuentus obseruantiam introducit: Varsauiae malae valetudini D. Nuncij assistit, duoq; Breuia Ap[osto]lica recipit. Cap.

Dimissis Cracouitis Patribus Sandomiriam peruenit, ubi aduertens P[at]rem Benedictum in fraudem reformationis a P[at]re Vicario promotum fuisse ad Praefecturam illius Conuentus, in poenam eum ab officio suspendit: Indeq[ue] ad Climuatouiensem Domum quatuor milliaria distantem, in quibus Monasterijs regularem obseruantiam restituit, easdemq[ue] leges tulit, quas in caeteris Prouinciae. Rebus bene compositis Varsam ad septimum lapidem sitam se contulit, ubi litteris a socio acceptis (qui erat apud Nuncium, et Leopoli Varsauiam uenerat, illi per quadragesimale tempus concionaturus) quibus de aduersa valetudine D[omi]ni Nuncij non sine uitae discrimine monebatur, Varenensi visitatione imperfecta relicta, celeriter Varsauiam se contulit, inuenitq[ue] Nuncium grauiter decumbentem, qui in illa

valetudine

ualetudine expertus fuit quanta sit amoris uis, per mensem siquidem nunquàm ab ægrotantis latere se cessit, nihil foetore, nihil occupationis molestia nauseatus: Morbo autem ingrauescente, a Regijs Medicis monitus P. Commissarius, uoluit ei sui morbi grauitatem nunciare (quam ipse non apprehendebat) quò sibi, rebusq. suis consuleret, ac Spirituali Viatico se muniret. Accedebat frequens stimulatio Dñi Vensi ab intimis Regis Secretis, qui eius nomine valetudini Dñi Nuncij assistebat, suadens de mente quoq. suæ Maiestatis, ut ægrotus moneretur de Vitæ periculo, ne forte accideret, ut Nuncius Apostolicus in ijs regionibus heresi infectis sine sacramentis cum maximo omnium scandalo ex hac vita migraret. cunctabatur P. Commissarius (qui ægroti ingenium optimè norat, et uehementem imaginationem metuebat ne mortem propinaret, prout longa experientia didicerat) funestum nuncium dare amico suo amantissimo. Re cum Dño Josepho Cranfanello ægroti Auditore collata, statuerunt monendum esse Nuncium

ut rebus suis, et quod maximum est animæ consu-
leret. Quare P. Commissarius eum adiuit, interroga-
uitq. quomodo se haberet: et respondente illo, se Dei
gratia liberum esse à febri, subdidit: o utinam
mi Domine ita esset; non sic aiunt medici. Tunc
ille iratus in medicos, inquit: ignorantes sunt
isti. Mox aliquantulum quiescenti iterum ait
P. Commissarius: pro certo habeat V.ra Ill.ma Do-
minatio, se liberam non esse à febri, à febri in-
quam talis condicionis, quæ (ut medici in nuper
facta Congregatione unanimi consensu affirma-
runt) facillimè caput petere potest, et sensim
uires capiens V.ram Ill.mam D.nationem ad eum
statum perducere, ut de se ipso disponere non pos-
sit, eumq. se gerere, quem Catholica dignitas,
et Prouincia, quam obtinet, in totius Curiæ con-
spectu, expostulant. His auditis statim se se
componens, suumq. statum ex parte agnoscens
effusis lacrimis se Deo commendabat, et ac-
cersito P.re à confessionibus, peccata sua con-

fessus

fensus, suis de rebus disposuit, suscepitq. Via-
ticum: Superis tamen placuit, ut postera die quas-
do Medici eum moriturum putabant malum cæ-
perit decrescere, et paucos post dies febri omninò
destitutus fuerit. Dum autem conualesceret hu-
mores commoti, minimeq. resoluti in oculos ita
influxere, ut lucem neq. diei, neq. facis, aut ignis
intueri posset, fueritq. opus quindecim dies in te-
nebris delitescere; per quod tempus P. Commissarius
inter murum, et cubile valetudinarij super scam-
no sedens, solitudinis fastidia, et tenebrarum mo-
lestiam tolerauit, eumq. varijs sermonibus leuauit,
et demulsit. Comparuerunt interim literæ ex
Vrbe, et cum ijs duo Breuia Apostolica: alterum
ad Ser.mum Regem, quo Summus Pontifex significa-
bat pergratum sibi accidisse cognoscere à Ma-
iestate Sua Patrem Forsecam Polonicæ Visitato-
rem multa prudenter, ac salubriter fecisse pro
reformatione illorum Monasteriorum, quod erat
huiusmodi.

Carissimo in Christo Filio nostro Sigismundo Poloniæ, & Sueciæ Regi illustri.

Paulus Papa V.

Cariss.e in Xpo fili noster salutem. Quod dilectus filius Damianus a Fonseca Visitator Prouinciæ fratrum Ordinis Prædicatorum pro illius Monasteriorum reformatione, et disciplinæ Ecclesiasticæ restitutione, multa prudenter, et salubriter ordinauerit, et disposuerit a Maiestate tua intelligere pergratum nobis fuit: quæ propter libenter ea confirmamus, prout desiderare te scripsisti, et confirmationis litteras ad Nuncium nostrum mittimus, nec quidquam magis in uotis habemus, quàm Maiestati tuæ ubicunq. cum Dño possumus gratificari, idq., ut re ipsa intelligat, ubi sese dabit occasio, præstare non deerimus. Deus M.tem suam omnibus benedictionibus impleat. Romæ apud S. Mariam maiorem die 3. februarij 1618. Anno assumptionis nostræ 13.

Alterum Breue deputationem P. Damiani a Fonseca in Commissarium, et Visitatorem Poloniæ, ordinationesq. ac cætera omnia per eundem Commissarium facta authoritate Apl̃ica confirmabat sub forma sequenti.

Ad futuram rei memoriam. Cum, sicut accepimus, dilectus filius Damianus a Fonseca Ordinis fratrum Prædicatorum Professus, Prouinciæ Poloniæ d. Ordinis Visitator, ac Commissarius a dilecto pariter filio Seraphino Secco, Ordinis Magistro generali deputatus, nonnulla ordinationes, et decreta pro reformatione eiusdem Prouinciæ, ac illius domibus regularibus utilia, iuxta sacros Canones et eiusdem Ordinis Constitutiones Apl̃ica authoritate confirmatas, fecerit: Nos felici eiusdem Prouinciæ statui, atq. directioni consulere, nec non ordinationes, et decreta prædicta executioni demandari, et obseruari uolentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris deputationem de persona d. Damiani in Visitatorem, et

Commissarium Provinciæ pṭæ a d.º Seraphino fa=
ctam, cum omnibus, et singulis facultatibus illi
ab eodem Seraphino propterea concessis; nec non ordi=
nationes, et decreta a præd.º Damiano, ut præfer=
tur, facta, Ap̄lica authoritate, tenore pn̄tium
approbamus, et confirmamus, illisq. inviolabilis
Apostolicæ firmitatis robur adijcimus, illasq., et
illa a d.ᵗᵉ Provinciæ fratribus inviolabiliter obser=
vari mandamus, decernentes irritum, et inane,
si secus super his a quocunq. quavis authorita=
te scienter, vel ignoranter contigerit attentari.
in contrarium facientibus non obstantibus qui=
buscunq. Dat. Romæ apud S. Mariam Ma=
iorem sub anulo Piscatoris die 11. Februarij 1618.
Pontus nostri anno xiij.

S. Card.ˡⁱˢ S. Susannæ.

Non multo post pervenit Varsaviam P. Vica=
rius Provinciæ, qui Cracoviæ ab executione
sui officij suspensus fuerat, enixè precans D.
Nuncium, ut suam interponeret authorita=

tem

tem penes Dnum ~~Commissarium~~, quo Provinciae re-
stitueretur. Pater autem Commissarius gratiam
hanc distulit, promisitq. se ibi restituturum ante
comitiorum Provincialium celebrationem. Quia
tamen instabant eadem Comitia, necessarium fuit
ea Provinciae de more indicere. Pater Vicarius ad-
vertens Pnem Damianum novum titulum Commis-
sarij, et Visitatoris Aplica authoritate confir-
mati sibi addidisse, petijt ostendi quo iure se
talem gereret: Quare insertum fuit Pontificium
Breve in litteris, quibus Provinciale Concilium
indictum fuit, quo ad omnium manus perveni-
ret.

His ita se se habentibus, Vicarius Provinciae Craco-
viam remeavit ~~se contulit~~, quem non multo post secutus
fuit P. Commissarius, ut Conventum illum occa-
sione factae electionis tumultuantem componeret;
suum iter Zoclazoviam direxit, inde Loviciam
et Petricoviam petijt, venerationis ergo ~~visitatq~~ B. Virginem Vidlen-
sem abinde milliaria quinquaginta distantem

quam ueneratus ex corde sese commendauit, quò ad suam Cracouiensis Monasterij reformationem dirigeret: aduertensq. nisi obex poneretur futuram Poloniæ talem, qualis Italiæ Lauretana domus; idcircò totus in hunc finem incubuit, modumq. statuit, quo fabrica ad finem perduceretur: Seditiosos fratres exinde amouit, atq. alios probatæ, ac exemplaris uitæ subrogauit. Cracouiam petenti occurrerunt pleriq. Patres illius Conuentus, tam qui electionem sustinebant, quam qui deprimebant utrisq. pro suis partibus strenue dimicantibus; sed P. Commissarius rem totam discutiendam reliquit in Monasterio, ad quod dum peruenit, continuò Dominicanam familiam congregari iussit (prout facere solebat in alijs Monasterijs) quam monuit, hortatusq. est ad pacem amplexandam. Adduxit in medium Seruatoris nostri pacificum ingressum in Jerusalem (erat enim dies illa prima post Dominicam in Ramis palmarum) quem cum omnibus circumstantijs uiuis coloribus repræ=

sentauit

sentauit, nec sine lacrimis exaggerauit illas, quas Xp̄us effuderat, uidens Vrbem Hierusalem, saepè uerba illa ponderauit: Hierusalem, quae occidis Prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt. quoties congregare uolui filios suos, o Cracouia, sicut Gallina congregat pullos suos sub alas, et noluisti! o utinam cognouisses et tu. quae ad pacem sunt tibi noscas in hac die! Tandem nisi resipuissent, et obedientiores facti in posterum pacem amplecterentur, eis cum Xp̄o Domino minabatur, dicens Ecce relinquetur uobis Domus uestra deserta. Denique Visitatione Monasterij promulgata, discessit è Congregatione, et nulla mora interiecta coepit electionis factum explorare, Restitutoq. prouti spoponderat P̄rē Vicario, dum tota familia equis accumberet, quò simul in causa procederent, praesertim quia indultum S.mi dirigi uidebatur ad P. Commissarium, et R̄em Prouincialem, cuius uices Vicarius gerebat. ex inquisitione autem fa-

eta constitit impetratam fuisse in Urbe a S.mo
facultatem praeficiendi iterum Conventui illi P.
M.rum Erasmum, quo Sacellum Divi Hiacyn-
thi et alia aedificia in eo Monasterio incoata
perficere posset. Patres facultatem celaverunt
neque ultro ostenderunt P. Commissario, aut Pro-
vinciae Vicario, sed usi fuerunt hac facultate, et
iterum eundem Erasmum Conventui praefecerunt.
Re diligenter explorata, P. Commissarius suam
mentem aperuit Vicario, videlicet electionem
factam fuisse nullam, et nullitati esse obnoxiam,
cum facta fuisset absque consensu Patrum Commis-
sarij, et Vicarij, quod erat contra formam facul-
tatis; et quoniam facultas vera erat, nec sub-
reptioni obnoxiam, electio declaranda erat nul-
lius valoris, electus tamen habilitandus ad fu-
turam electionem, si utrique bene visum fuisset.
P. Vicarius autem Provinciae, qui optime norat
electores iterum suffragia laturos pro P.re Eras-
mo, quem ipse deprimere volebat, huic sen-

tentiae

tentiæ minimè acquiescens, causam ad Urbem re-
mittendam esse asserebat; et licet R. Commissarius
urgeret, ut iuxta legitimam authoritatem, quam
habebant, controversiam hanc Cracoviæ deciderent,
tum ne in Urbe insignis ille Conventus diffamare-
tur; tum ne proximo Provincialia Comitia habe-
rentur absq. monasterij illius Moderatore, eiusq. So-
cio, quod cederet in maximum Conventus detrimen-
tum: tum denique ne tandiu Conventus ille nemini
secundus cum maximo damno spiritualium, ac tem-
poralium bonorum acephalus permaneret. nihil
potuit ab hisce rationibus suaderi Vicarius Pro-
vinciæ: imò ipse cum alijs tribus Patribus magi-
stris eiusdem Conventus falsam omninò, et calum-
niosam relationem miserunt ad Pontificem, et
Prælatos Ordinis, ac R. P. Commissarius tolleret
electionis libertatem, velletq. in Præfectum eius-
dem Conventus P. M. Erasmum promovere: quod
ex eo falsum esse apparebat, quia absente P.re
Commissario, ultrò P. M. Erasmum elegerant

et ijdem Patres liberè etiam ad secundam electio=
nem conuenire debebant. nihil ergo confectum
est. tantum facta inquisitio. Romam ad Vica-
rium Ordinis transmissa fuit.

Promouet P. Commissarius in Prouincialem P. F. Georgium Trebnicz, quem Regi insinuat, ducitq; secum Cracouiam, abi instantia negocia feliciter concludit.

Cap.

In hoc perturbato rerum statu reperiebatur Cracouiensis Conuentus, quando interfuturo electioni Prouincialis, Petricouiam sex, supra viginti milliaria distantem eundum fuit. Quum primum ad Monasterium peruenit, a praecipuis Prouinciae Patribus rescivit in eum conspiratum fuisse, ut collata Prouincia Pri Mro Lucae Posnaniensis Monasterij Praefecto, electisq. Diffinitoribus quatuor ex praecipuis Patribus, qui sese opposuerant Officio Pris Commissarij, tandem in pleno Diffinitorio illius authoritati sese opponerent, ut aliquando ab illius iurisdictione se vindicarent; in quam sententiam induxerant pleros. electores. P. Commissarius autem usq.

ad peruigilium electionis nemini suam mentem aperuerat, licet in genere uerba fecisset cum præcipuis Patribus, nimirum Prouinciæ præficiendum esse optimum. Interim pleriq. ex electoribus ad eum accedebant, candido alij, alij fucato animo rogantes, ut ipse Prouinciam susciperet non aliud responsum dedit Commissarius, quàm se in Poloniam contulisse non ut esset Prouincialis, sed optimum Prouincialem eligeret: nihilominus exploraturus electorum animos, eos percontabatur, num ad externum inclinarent? cæterum cunctos extraneos excludebant. Cumq. cresceret in dies practica pro P. Mro Luca, P. Commissarius accersitis maioris authoritatis Patribus, P. M. Lucam exclusit, affirmans eum aptum non esse ad Prouinciam, prout ipse sex mensium decursu, quos ibi auiterat, optimè norat experimento. mox palàm priuatimq. cunctis minabatur, si uel millies eligeretur, millies a se fore repudiandum. Proposuit deinde inter alios

Patrem

P. Rem Georgium Szebnicz Tyradiensis Conuentus Præfectum, virum probum, doctum, prudentem, eximium Concionatorem, sobrium, iustum, ac ijs præditum virtutibus, quas Prouincia in ijs perturbationibus postulabat, statimq. P. ri Commisario adhæserunt aliquot ex præcipuis Patribus Prouinciæ; multitudo tamen clamabat: se nolle virum reformatum. Perstitit semper in sua sententia P. Commissarius, quod omninò esset repudiandus P. M. Lucas. hæc obstinatio in causa fuit, ut in dies augeretur numerus eorum, qui P. Rem Tyradiensem promouebant. Interim P. Commissarius eundem P. Tyradiensem ad se vocauit, aperuitq. suam mentem. Ille honorem recusauit, neq. ullo pacto suaderi poterat ut Prouinciam acciperet. ex eo tum quo magis ille reluctabatur, eò magis huic crescebat desiderium illius promouendi; neq. habuit minorem difficultatem in suadendo, ne suam electionem impediret, quàm in promouendo. mox accersiuit P. M. Lucam, cui quoq.

coram multis Patribus declarauit, illum non posse esse Prouincialem multis de causis, quas in medium adducebat, vnicam exaggerauit, quia ulti Prouinciæ partes sequeretur, et Procurator esset in Conuentum Cracouiensem: neq. decebat partem fieri Iudicem, præsertim dum P. Commissarius illos esset compositurus: Quare hortabatur ut suos amicos moneret, ut Moderatorem Syradiensis monasterij eligerent, tanquam virum probum, iustum omniq. maiorem exceptione. Totam dico illam diei partem noctis, et consequentem diem ante electionem laborauit: modo hunc, modo illum accersire: alios in cubiculum adire: infirmos confirmare, confirmatis agere gratias, protervos terrere: Deo tamen adiuuante, qui rectam illius mentem dirigebat canonicè fuit electus in primo scrutinio. Discordiarum Pater, qui quantum potest bona opera destruere nititur controuersiam de unica uoce excitauit (habuerat enim supra medietatem uocem unam, et unam postulationem

stulationem) at lecto publicè Summario Consti=
tutionum S. Petri Martyris circa uim postu-
lationum, proclamantibus ora obstruxit, et sta=
tim uocauit praedtum P. Georgium, quem iuxta Con=
stitutiones uice sua, et omnium eligentium no-
minauit Poloniae Prouincialem cum summo
omnium plausu, nemine discrepante. continuò
processit ad electionem Diffinitorum, exclusisq.
ijs quatuor, qui partes praedictas promouebant
electi sunt Diffinitores alij quatuor Patres sine
aliquo strepitu, uel discrimine. His absolutis
Diffinitorio initium dederunt, quod decem dies
perdurauit, et cum communi omnium con=
sensu proposita fuerunt a P. Commissario, et
conclusa quaecunq. spectare ad Prouinciae bo-
num uiderentur, et praesertim ad confirmanda
iacta iam fundamenta regularis disciplinae per
reformationem introductae, ad probè educandam
iuuentutem: studia erigenda, ac denique perpe=
tuam pacem stabiliendam, auulsis discordiarum

radicibus, quae illucusque Provinciam nimium sollicitam habuerant. Quia tamen bonorum omnium fundamentum situm erat in observatione generalium ordinationum, quas ipse promulgaverat, servarique iusserat in tota Provincia, quo id suavius fieret, reliquit omnibus libertatem pro voto suffragium ferendi: cumque universi eas approbarent, ac laudibus essent prosecuti, iterum promulgatae fuerunt, et Aplica authoritate confirmatae: Postea Comitijs finis impositus est. Comitijs dissolutis Varsaviam quatuor, et viginti milliaria distantem se contulit P. Commissarius, secum ducens electum Provincialem, quem ad Ser.mum Regem introduxit, eique multa de illius virtutibus, et sapore cum efficacia coniuncto recensuit Cum Rex ea omnia benignissime audivisset suam protectionem et Ordini, et illius Officio obtulit. Mox P. Commissarius Provincialem Nuncio insinuavit, exoratumque voluit, ut pulpitum in Cathedrali templo a Ser.mo Rege eidem

impetraret

impetraret, atq. equidem impetrauit, gratissimaeq. fuerunt conciones et Regi, et Curiae. Mox eum duxit ad Archiepiscopum Gnesnensem, qui tunc manebat Lovicij duodecim milliaria distans, a quo itidem humanissime exceptus fuit, sua protectione et illi, et Ordini ex animo pollicente. Et in signum amoris erga Dominicanum Ordinem, petijt a Rmo Commissario virum doctum pro suo Theologo, et Consultore, promittens se eum honorifice tractaturum, et bene de Ordine meriturum. Videbatur tamen excludere Cracouienses Alumnos, quippe qui suas nimium amarent commoditates. P. Commissarius agens gratias de amore, quo suum Ordinem prosequebatur, aliquot egregios viros è Cracouiensi Conuentu commendauit, spondens pro illis quod in meritum sanctae obedientiae omne obsequium omnem reuerentiam ei praestituri essent tanto Principi. Acquieuit iste, et nominationem sui Theologi Pri Commissario reliquit.

Inde ~~discessit~~ P. Commissarius, comite eodem nouo Prouinciali, quo ex sua visitatione addisceret qua ratione Prouinciam esset administraturus Petricouia iter faciens Cracouiam se contulit, sex supra triginta milliaria distantem, ut ibi ultimam manum imponeret (ut dici solet) tum uisitationi incoeptæ, tum etiam liti de electione P. Mri Erasmi.

Vt primum peruenit P. Commissarius, suam visitationem prosequens, studia omnino collapsa restituit, literario ludo doctissimos totius Prouinciæ Patres præfecit, ad literarium certamen legè conueniens, gnauos præmijs, et laudibus exornare redarguere ignauos, eaq. omnia præstitit, quæ studiorum restitutio uisa est exposcere. Sollicitus præterea fuit de Tyronum, et iuuentutis educatione, quam sine ulla disciplina inuenit: domum Tyronum instaurauit, ædificatis ad claustrum necessarijs officinis: officiales mutauit: vinum ne uenderetur ~~in~~ monasterio sæcularibus efficaciter prohibuit: multos delinquentes puniuit, et

malis

malos ita terruit, ut persaepe in ore haberent: Dñe hic ure, hic seca, & libera nos a Fonseca, ordinationesq tam generales, quam particulares publicauit.

Dum haec agerentur, peruenit responsum ab Vrbe de electione P. Mri Erasmi, cuius arbitrium Ordinis Vicarius rescripsit, a S.S. remissum fuisse ad P. Commissarium absq dependentia P. Prouincialis: in priuatis autem litteris monebat P. Commissarium, ut aduerteret indultum Pontificis esse legitimum dummodo Sacellum S. Hiacynthi, et alia aedificia a P. Mro Erasmo incepta nondum fuissent perfecta, secus esse subreptitium. Quare P. Commissarius uarijs fabris muraryjs, qui Diui Hiacynthi Sacellum fabricabant, diligenter inuestigauit coram P. Prouinciale, et Patribus a consilijs eiusdem Conuentus, utrum dictum Sacellum quoad substantialia esset finitum? omnes negatiue responderunt cum nondum tectum haberet, neq

scalam, aut portas, et ad illud perficiendum, opus erant florenorum ad minus quatuor millia, ultra picturas, et alia ornamenta. Tunc conuocatis ad consilium Patribus illius Monasterij, et P. Prouinciale, propositaq. Artificum sententia, praecepit, ut quisq. palam diceret quid sentiret. Nemine discrepante conclusum fuit, Diui Hiacynthi Sacellum non esse perfectum non solum quoad ornamenta: verum neq. quoad essentialia, et ad opus perficiendum requiri supra quatuor millia florenorum, neminemq. posse haec, et similia peragere tam faciliter, quam Mr Erasmus. His auditis P. Commissarius declarauit Sanctitatis Suae indultum non fuisse subreptitium; propterea contradicentibus silentium imposuit: Quia tamen dispensatio ista ex benignitate Sae S. referebatur ad consensum P. Commissarij, qui indulgere nolebat absq. urgentissima causa, scire uoluit a Patribus consilij, num indultum istud cederet in maius bonum spirituale, ac

temporale

temporale eiusdem Conuentus: nemo contrariũ affirmauit: imò uniuersi enixè P. Commissariũ precati sunt, ut nouæ electioni assentiretur; quia tamen Mr Chrisostomus, qui a principio illi contradixerat, aiebat sibi iam non displicere; sed ne leuitatis argueretur ex mutatione, non poterat cum alijs conuenire: quare tempus ad deliberandum petebat; quod illi dedit P. Commissarius, nec quidquam concludere uoluit sine maturiori sui ipsius deliberatione. Postera die inito super eadem re consilio, urgentibus Patribus pro consensu, et Mro Chrisostomo non contradicente, assensus est P. Commissarius, deditq. uocalibus facultatem, si mallent, eligendi iterum P. M. Erasmum. Congregatis ad electionem Patribus, P. Commissarius schysmata execrauit, et pacem, in ea præsertim electione, summopere commendauit, quò sic orta scandala exterminarentur. Apertis suffragijs, inuentus est P. M. Erasmus ab omnibus unanim:

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

consensu electus: unde a R. Commissario con-
firmatus fuit.
Completa ista actione, misit R. Commissarius Pro-
uincialem, ut reformationem introduceret in Mo-
nasterium Priesmiliense, iuxta dispositionem,
ac decretum Comitiorum Prouincialium nuper
habitorum: quod egregiè praestitit R. Prouin-
cialis, electusq. fuit in praefectum illius Conuen-
tus ad promouendam reformationem R. M.
Chrisostomus. Omnibus benè dispositis ad
introducendam regularem disciplinam, reuer-
sus est ad R. Commissarium, cui proposita
electione d. Ptris Mri Chrisostomi, et ab hoc
reformatione amplexata, confirmatus est.

BIBLIOTECA NACIONAL

P. M. Chrisostomum punit: & Cracouiensi Visitationi fine imposito Silesiensem aggreditur. Cap.

Dolosè se gesserat P. Mr. Chrisostomus erga officium Ptis Commissarij, post quàm ab illius assistentia eiectus fuerat, tàm apud Sedem Apostolicam, quàm apud supremos Ordinis Praelatos; At Deus, qui Ptis Commissarij bonos conatus fouebat, uoluit eum ab Patris istius calumnijs eximere: Accidit namq., ut dum P. Commissarius pro absolutione Visitationis illius Monasterij, fratum cellas uisitaret, in ea P. M. Chrisostomi inueniret originale scriptum cuiusdam Supplicis libelli ad Smum, et quamplurimarum literarum ad Praelatos Ordinis, multa mendacià, multasq. calumnias in officium P. Commissarij continentes. Hic P. Prouincialem secretò consuluit, qui respondit, quod dignitatis sui officij, atq. Ordinis rationem

haberet. Vocato igitur ad iudicium P. M.ro Chrisostomo coram P.re Commissario, et Vicario, ad primam interrogationem conuictus fuit, quod falso, et calumniose Apostolicam Sedem, atq. Ordinis Praesules informasset: Quare a P.re Commissario in Cella sequestratus est. Mox congregati per P. Commissarium, et P. Prouincialem Patres Vocales, interrogati sunt de ueritate supplicis libelli, et literarum P. M.ri Chrisostomi: omnesq. palam serio affirmarunt ea nihil ueri continere. Tunc P. Prouincialis hortatus est P. M.rum Chrisostomum, ut tanquam conuictus ueritatem fateretur, et ueniam peteret, iste renuit, et secundo a P.re Commissario suasus, prouocauit ab eius authoritate, nec amplius respondere uoluit, licet iterum, atq. iterum fuisset admonitus, ut suis Superioribus obtemperaret. Quare dicto sum sequestro posito P. Commissarius, et P. Prouincialis congregauerunt Pa-

tres

tres, et causam Mri Chrisostomi proposuerunt.
Responderunt illi P. Mrum Chrisostomum sub-
esse debere tam P. Commissario, quam P. Pro-
uinciali, prouocationemq. attendendam non esse,
utpotè factam ad poenas effugiendum, et hic
ante quam ferretur sententia: idcircò in gra-
uioris culpæ poenas condemnandum: declarandum
calumniatorem, nullamq. in posterum fidem esse
illi adhibendam: alij addidere uel priuandum
esse Magisterio: subscripta autem ab omnibus hac
determinatione, iterum uocatus fuit idem P. Mr
Chrisostomus, eiq. nunciatum, quod non solum a
P. Commissario, et Prouinciali: uerùm et a toto,
ac a pleno consilio condemnabatur: quare satius
erat quæ ipse aliquando dum esset Prouincialis
suos subditos docuerat uerbis, modo obediendo,
et suam culpam recognoscendo opere ipso edo-
ceret. Tunc aduertens prædictus Pater nullum
superesse remedium, et undequaq. esse conui-
ctum, suam culpam fassus est, seipsumq. declara-

uit

uit se falso, et calumniose informasse Praela-
tos Ordinis in P. Commissarium, ac intentasse
falso, et calumniose informare Summum Pon-
tificem, licet memorialis libellus ad Urbem trans-
missus, ab Ordinis Procuratore ex Urbe remis-
sus fuisset, in cuius rei fidem eundem suppli-
cem libellum Officio P. Commissarij praesentauit
quem P. Commissarius accipiens, aduertit esse
clausum et ad Summum Pontificem dirigi. no-
luit illum obsignare; sed ait Pri Mro Chriso-
stomo: ego hunc aperire non possum, cum detur
ad Summum Pontificem, P.V. quae illum scripsit
et signauit obsignare poterit. Tunc ille libellum
obsignauit, tradiditq. Pri Commissario, qui una
cum Pre Prouinciale illud legens, inuenit tres
graues, et calumniosas accusationes in ordine
ad istam electionem, in officium P. Commissarij
subscriptas a tribus Patribus magistris, uti
ab eodem Mro Chrisostomo, a P. Mro Adamo
et a P. Mro Thoma. Hac habita confessio-

ne

ne Judices mandarunt Præfecto Monasterij, ut
D. Mrum Chrisostomum publicè ab anathemate
absoluerent, ac deinde sequestrarunt in Cella
ac sententiam pro delicti grauitate in eum tu-
lerunt.
Absoluta Monasterij visitatione, rebusq. probè
dispositis P. Commissarius ad lustrandam Syle-
siam iter arripuit, comitatus a P. Prouincia-
li, licet non benè tutum esset iter, cum ibi mi-
lites unitalerentur propter Bohemorum com-
motiones in Cæsarem: differri tamen visitatio
non potuit: tum quia ordo itineris id postula-
bat; tum etiam quia in dies maiores timeban-
tur commotiones. Peruenerunt Oswiacimiam
octo milliaria distantem, quod monasterium
alioquin in pulcherrimo loco situm propter sum-
mam Præfecti negligentiam, et malum exem-
plum in pessimo statu inuenit: quem prop-
terea depositum, et ad grauiorem culpam
damnatum relegauit in aliud monasterium

et ibi disciplinam regularem promouit, carnes interdixit et collapsa Dominicana regula restituta, ambo inde profecti sunt, Pater quidem Provincialis Ratisbonam versus, et P. Commissarius Lecinum octo passuum millia distantem Urbem quidem hæreticam, quanquam eius Dominus Catholicam fidem profiteretur. Iste fuit primus Sylesiæ Conuentus, quem visitavit, in quo sicut in cæteris nullum Religionis uestigium reperit, licet ædes mœnijs consistent, et structuræ sint optimæ inter cætera totius Provinciæ monasteria. Quod summoperè inter alia offendit Rev.mum Commissarium, videre mulieres intra claustra cum Dominicana familia conuersari titulo coetriciu Regularum ad quam liber patebat aditus omnibus fœminis: imò ad Cellam Præfecti, et ad alias Monasterij officinas, vnde multa mala, et scandala oriebantur, ad libitum se conferebant. Hanc licentiam detestatus P. Commissarius, Monasterium ad Dominicanam

disciplina

disciplinam redegit: Mulieres arcuit Præfectus, ac universam familiam ab excommunicatione absolvit: clausurum lege stabilivit: familiæ ebrietatem compescuit: religiosam disciplinam introduxit: officiales mutavit; et post quàm generales, ac peculiares leges in eo monasterio tulit, Opaviam milliariorum tredecim distitam intervallo, urbem hæreticam profectus est, ubi aliud Dominicanorum monasterium, recinensi non minùs dissolutum non mediocri cum scandalo non modò Catholicorum virorum, qui pauci ibi aderant; sed etiam ipsorum Hæreticorum, P.i Commissario sæpè dicentium: si fieri posset: se esse malle sine patribus, atquàm eos habere cogerentur, se bonos habere malle; nàm hic illorum domus cum uxoribus, et filiabus securiores essent. Qua propter P. Commissarius absolutum Præfectum, et gravioris culpæ pœna damnatum in aliud monasterium relegavit ~~est~~, et mox erecta Dominicana disciplina ut

in Secirensi Monasterio, dum Ratisbonam se collaturus esset, comparuit Prouincialis, qui inde aufugerat metu Militum Haereticorum, retulitq. quod Monasterij fores semper clausae erant, neq. familia exire audebat: quodq. bombarda ab Haeretico milite explosa fuerat in eum conuersum, qui campanas pulsabat, atq. alter miles uidens Sacerdotem in missa Xpi Dni sanguinem sumentem, uix non corripuit calicem, eccquid (increpans) tibi totum bibis, et mihi nihil propinas? Haec et alia recensendo, affirmauit Prouincialis Ratisbonense iter esse plenum periculis. Quare dilata illius Conuentus, et monialium, quae ibi sunt, ad magis opportunum tempus visitatione, Opolia, comite Prouinciali profectus est, vrbem passuum millia decem distantem, ubi monasterium reperit dissolutum, pluresq. mulieres, quam Dominicanos alens, quod deinde prout potuit reformauit. Inde Vratislauiam quindecim milliariorum interuallo distinctam profectus est

Cumq.

cumq. ad Vrbis fores peruenisset, petijt de more facultatem a Consulibus in Vrbem ingrediendi: Negata ab ijs est, affirmantibus eum cum comitibus esse Jesuitam. Opus fuit Dominicanorum fides, qd non esset Jesuita, sed Dominicanorum Commissarius. Data tandem uenia est, ut cum Comitibus Vrbem subiret, ac Monasterium quod reperit P. Commissarius fuisse antiquitus ex celeberrimis totius Ordinis, utpote quod olim aluisset plusquam ducentos fratres sub Dominicano instituto, ac recta disciplina atq. adhuc Ædes antiquam retinent magnificentiam quoad structuram, habentq. binas pulcherrimas cibarias cellas, amplas, et capaces ducentorum fratrum, in quarum altera æstiuo, altera hiemali tempore comedunt (hæc mercatoribus locata fuerat) egregias praeterea officinas reperit, claustra celeberrima cum nonnullis cellulis intermedijs in hortum porrectis, ut inde absq. fractione silentij possent fratres cum secularibus de re celesti habere sermonem, et hanc ob causam inspi-

uatis scrinijs spirituales libri asseruabantur, quæ cum varijs picturis ornata essent, Religionem redolebant; Duos Choros, pro Clericis alterum, alterum pro Laicis aliquantisper seiunctum habebat: Nouitiorum quoq. dormitorium ab ijs erat separatum. Reliqua familia extra Monasterij clausura degebat, a quo suas cellas seiunctas obtinebant. S.mæ Inquisitionis ædes intra claustrum erant, ubi per multum temporis spacium Dominicani Alumni S.mi illius officio functi fuerant. Vidit inter cætera P. Commissarius Pallium Sancti Viri Pr̄is Joannis Inquisitoris, cum quo martyr occubuerat, ab Hæreticis trucidatus, Adhuc sanguine erat perfusum, adhuc integras ictuum scissuras seruabat. Erat pallium hoc ex panno non uili, habebat capitium consutum pallio ad instar Capitiorum Carthusianorum. Hæc Sancti Viri Reliquiæ in vestiario inter alias sordidas uestes positæ fuerant: quas P. Commissarius decenter asseruari iussit, et venerationem haberi. Insignem præterea Monasterium

bibliothecam

bibliotheca ornatum erat, referta quidem pre-
tiosissimis libris antiquis, originalibus præsertim
manu scriptis, multaq; alia miracula ibi reperi-
cit. Vidit proque templum pulcherrimum (ubi
sanctum Corpus S. Ceslai Socij Diui Hiacynthi
asseruatur) ab Hæreticis deuastatum: laceras sa-
crorum Altarium imagines; sedes Chori fractas:
omnia funestata. Ceterum Conuentum vix dixis-
ses Dominicanum: nullum poene religionis super-
erat uestigium. Quantum potuit illud reformauit
P. Commissarius, et sin minus ad ueram Dominican:
instituti disciplinam redegit, certè carnes interdi-
xit: mulieres suspectas è monasterio exulauit:
antiquam clausuram restituit: officinas omnes
instaurauit, ac optimis legibus muniuit.
Dum hisce intentus esset P. Commissarius, en Vrbis
Magistratus de felici aduentu gratulaturus cum
muneribus vini solitis, petijt ab ipso audientiã!
introductus postulauit, ne Polonos ei monasterio
præficeret, de quibus summopere detraxit ~~erunt~~.

Annuit P. Commissarius, et ij recesserunt. Paucos post dies ~~eorum estimatem~~ adijt P. Commissarius Praetorius, et damna ill: monasterio Vratislauiensi a populo illata repraesentauit, et iuxta Caesaris mandatum damna refici ac materiem ad ruinas reparandas dari proposuit. Responderunt ij se quingentos taleros, iuxta pacta cum Caesare inita soluturos; ac materiem ad aedes reparandas necessariam subministraturos.

Contulit se deinde ad Monasterium Monialium quod in eadem Vrbe est, nullum supererat clausurae, aut religionis uestigium, cum a multo tempore non fuisset visitatum, et nullam Prouincialis poene rationem habebat. Priorissa ab annis uiginti monasterij Praefecturam obtinebat, et per decennium nullam suae administrationis rationem reddiderat: saeculares, et Haeretici ad claustra monasterij, ad Chorum, ad dormitorium introducebantur, ipsaeq. Moniales, petita tantum uenia a Priorissa e claustro

exibant

exibant. Monitæ a P.re Commissario, qui monstrauit hæc esse contra formam sacri Tridentini Concilij, libere respondeurunt: Tridentinum Concilium neq: ab ipsis Canonicis Vratislauiæ amplexatum: Quare se uiuere uelle sicut ceteræ moniales earum maiores, a quibus habitum illum susceperant, neq: se Patronos desiderare, a quibus, si P. Commissarius quidquam innouaret, defenderentur. Considerans ergo P. Commissarius, se nihil per uim progressurum, cum tota Urbs hæresi laboraret, voluit suauiter Monasterium ad religiosam aliquam disciplinam redigere. Vocatis igitur seorsum Priorissa, ac Senioribus, illis Dominicanum institutum exposuit; ac frustra in claustrum se recepisse, frustra sese Dominicano Ordini addixisse, dum intra illud se non continerent, aliosue introducerent: dum huius disciplinam non seruarent. hoc nil aliud esse, quam Deum spernere, Sancto Institutori illudere: Parentum potestati, ac disciplinæ se subtraxisse, quo hæreticam profiterentur

rentur libertatem, non Catholicam Religionem.
His et aliis flexit aliquantulum obstinatos mulierum animos, et mox Priorissam deposuit: ceterum quoniam mulier erat satis prudens, nullamque tam aptam administrationi Monasterii inveniebat: propterea eam Vicariam instituit usque ad aliam Magistri Ordinis declarationem. Clausuræ eas obligavit iuxta formam ab œcumenica Tridentina Synodo præscriptam, legesque tulit necessarias ad regularem vitam, quas tandem acceperunt, eque observaturas promiserunt; supputatis deinde rationibus decennalis administrationis Vicaria acquievit.

His sic compositis P. Commissarius, et P. Provincialis Glocoviam septem supra viginti milliaria distantem profecti sunt. Transierunt per locum quendam, ubi in eleganti tumulo asservatur pretiosum corpus Sanctæ Hedwigis, in Monasterio scilicet monialium ab eadem fundato. De iis monialibus quæ olim exemplum sanctitatis fuerant multa in-

digna

digna muliere, ne dicam moniali, propter Haereticorũ petulantiam rescivit. Abbatissa multo penu ex praedijs, et bonis monasterij congesto, nobili Haeretico nupserat, cum quo tunc cubabat in villa monasterij quae quoniam tota haeresi laborabat, pauperculas Moniales poenè opprimebat, cogebatq. ibi publicè Abbatissam cum Haeretico sustentare. Alia vidit, audivitq. ~~ac dirimanda~~ ploranda potius, quam recensenda

Perficit Sylesiæ visitationem: Maiorem Poloniam lustrat, & reformat. Cap.

Vltimam manum impositurus P. Commissarius Sylesiæ Visitationi, in nequissimorum Hæreticorum regiones incidit. Per Vrbes, atq. Oppida cum habitu sui Ordinis transeuntes, populus obstupescens catervatim sequebatur per totam Vrbem, identidem lutum ac saxa in eum iaciebant, nec lingua interim otiosa erat, sæpè eum Mnic uulf uocabant, (idest Lupum fratrem) sibilis, et clamoribus prosequebantur: mulieres, quæ eum intuebantur, pauidæ se abscondebant; nec mirum, a ministris namq. portentosa audiunt de Dominicanis, eos nimirum esse Diabolos larvatos, monstra pueros devorantia, et similia: neq. incassum rumor per Vrbem Vratislauiæ divulgatus est. Hæretica mulier prægnans, cum in Dominicanum, barba, et capite nuper tonsum incidisset, timore perterrita continuò abortum fecit. Cum ulterius per Villam quandam permeat:

per

tet ad fluuium peruenit, quem dum naui traijcere uellet, in maximum incidit periculum. Auriga quidam fortè Domini illius Villæ, licet posterior ad ripam peruenisset: priòr nihilominus uolebat ratem subire cum curru, et equis: quod Fr. Bernardus, qui erat a seruitijs D. Commissarij, ægre ferens arreptis habenis, equos stimulatos refrenabat. et mox flagello ab Auriga uerberatus, eum ex equo penè turbabat: Ille uociferans germanicè alios Hæreticos in sui auxilium prouocabat. Illicò accurrerunt Nautæ cum instrumentis ligneis, etiã tota penè Villa confluebat. ex quo D. Commissarius territus Frêm Bernardum obiurgauit, ac Aurigam blandulis uerbis permulsum præire ad nauim iussit. Tandem Plocoviam incolumes peruenerunt. et Dominicanas ædes subeuntes, fortè in templum ingressi, Deo gratias acturi, quod tot periculis eos subtraxisset, inuenerunt illud adeo a Canonicis occupatum, ut Dominicani Alumni publicè Diuinum Officium non persoluerent. tres numerabantur

tur

cur, licentiosè satis viventes, et Mulierem culinæ
servitijs intra claustra detinentes. eadem ibi præsti-
tit, quæ in alijs Monasterijs Sylesiæ, in quibus in-
ter alia hoc animadvertit, quod Hæretici Urbium
habebant inventarium vasorum argent. quæ erant
in nostris templis, immò ea in proprijs arcis custo-
diebant aliquando in Prætorio, aliquando in Domi-
nicanis Sacrarijs, accommodabantque Fratribus pro
festorum qualitate: Glogoviæ verò Consules arculam,
in qua Smum Eucharistiæ Sacramentum populo expone-
re solebant, et Calices Monasterij usurpabant, nullaque
ratione argentum huiusmodi restituere volebant. P. Com-
missarius de hac re sollicitus Decemviros adijt, pre-
catusque est ut sacram supellectilem restituerent. qui
se restituturos spem fecerunt. cæterum gravioribus
negocijs instantibus P. Commissario abeundum
fuit.

A Sylesiana ad Poloniæ Maioris visitationem gradum
fecit P. Commissarius. à Costensi Monasterio, sep-
tem lapidum intervallo disito exorditus est, in quo

itidem

itidem Regularem disciplinam iuxta Dominicanum institutum introduxit: praecepitq. ut Fratres, qui otiosi non nisi uentri, et crapulae dediti erant, moralem Theologiam colerent, cuius Lectorem instituit, atq. eo Provincial: dum ibi sese tenuit, lectionibus interfuit. Inde post aliquot dies abierunt, et septimo lapide superato peruenerunt ad nobilissimam Urbem Posnaniam, maioris Poloniae Metropolim. In eam ingressi ad monasterium diuerterunt, ubi magnam catervam Dominicanorum inuenerunt, qui sine ullo prorsus ordine, sine disciplina, sine uictu, sine amictu in sola libertate, ac licentia uitam trahebant. Hi absq. ullo discrimine ad Ordinis habitum assumebantur, quo multitudine Cracouiensi Conuentui sese opponeret. Iam antea monitus fuerat P. Commissarius de repugnantia, quam inuenturus erat in promouendo Regularem obseruantiam, quia uniuersi in eam conspirauerant. et quanquam hic assisteret Provincialis, qui erat illius monasterij Alumnus, et ex corde fouebat rectos conatus P.

Commissarij non mediocres reperit nihilominus difficultates.

Inter alia Episcopus exasperatus aliquot iniurijs sibi a Dominicanis illatis, hos multis damnis afficiebat, interdicebat eleemosinis, ubicunque ex ipsis aliquem offendebat, acriter obiurgabat: hinc factum erat, ut ab eleemosinas quaeritando abstinerent et inde ubi Episcopus intererat exulabantur: vix eorum templis concionari licebat: si domum suspectam adibant, in carceres detrudebantur: tandem vix è monasterio exire poterant: Ut hisce occurreret malis P. Commissarius Episcopum adiuit, precatusque est, ne sperneret, aut dedecore afficeret Dominicanam familiam, promittens, eam totam suis servitijs se devoturam, et auditis ab Episcopo querelis tanta cum dexteritate respondit, ut ex inimico amicus factus, saepè cum alijs Patribus ad prandium invitaretur. Episcopus non amplius Fratres spernere, contumelijs afficere, sed honestare, eleemosinas elargiri, et cogere conventus, ad

ad

ad prandium incidissent, ad elargiendum: et maxi:
mis beneficijs eos adornare.
Instabat per id temporis electio noui Praefecti illius mo-
nasterij: et aduertens P. Commissarius, quod Patres
Electores promoturi erant Patrem minus idoneum
proposuit una cum P. Prouincial. tres Prouin-
ciae Patres, quo ex ijs alterum eligerent. Illi clam
inito inter se consilio in electionem illorum trium
conspirarunt, et ductore Patre Theophilo P. Commis-
sarium, et Prouincialem adiuerunt, dicentes uel-
le se electionem liberam, esseq. contra Tridentinum
Concilium propositionem a P. Commissario, et P.
Prouincial. factam. P. Commissarius ostendit illis
Constitutiones Ordinis, per quas licebat, immo tene-
batur dum necessitas postularet, et bonum mo-
nasterij regimen tres saltem proponere. Conciliumq.
Tridentinum nihil aliud praecipere praeter electionis
libertatem. Subdidit hanc electionis libertatem uel
cum duobus stare posse: Quare imposito ijs silen-
tio, praecepit, ut ex propositis tribus alterum om-

nimo eligerent. Ipsi tamen Patrem Valerianum ele-
gerunt. Hac electione non bene contentus P. Pro-
uincialis inuestigabat qua ratione illius confir-
mationem impediret: quod facile fuit manifestan-
do calumnias, et falsitates huius P. ~~Valeriani; et~~
licet P. Commissarius eum confirmare uellet, af-
firmans aliter fieri non posse: siquidem iam ab
ipsis fuerat nominatus, secretò fuit monitus,
ut illius cellam adiret, inueniret namque absque
dubio in arca quadam, quam designabant, copias
litterarum ad Procuratorem, ac Protectorem Or-
dinis transmissarum, multa mendacia, multasque
calumnias in eius officium continentium: P.
Prouincialis igitur impulit P. Commissarium
ad uisendam cellam istius Patris, quem inuenit
decumbentem, eumque salutare uisum, coepit de vale-
tudine (ut fieri solet) interrogare; cumque aliquan-
tulum de morbo disseruissent, subdidit P. Com-
missarius, num contumeliosas aliquas litteras ad
Urbem scripsisset in suos superiores, promittens

le

se non propterea eum Provincia depositurus, si ingenuè suam culpam fassus esset, et quæ ad Vrbem scripsisset non essent magni momenti: cumq. ille constanter negaret, petijt P. Commissarius claues Arcæ a P.re Provinciali sibi descriptæ: quibus datis, et aperta Area inuenit, prout acceperat copias litterarum, quas ad Vrbem scripserat, contumelijs, et mendacijs refertas, nō modo in officium P. Provincialis prætereiti, sed et ipsius, et accersito P. Provinciali, eas ostendit. et quoniam in fine quoad præteritum Provincialem petebat ut uel futurus Provincialis, uel nouus Visitator causam suæ depositionis a Pelzensis monasterij Præfectura cognosceret: ideò P. Commissarius commisit Provinciali, ut iuxta petitionem illius causam ageret: qui Valerianus semel, atq. iterum a Provinciali interrogatus, respondere nunquam uoluit, neq. præceptis, aut excommunicationibus obedire, sed pertinaciter semper ait: excipio forum: iam

scripsi ad Ill.mum Ordinis Protectorem: quum responsum accepero, et convaluero, respondebo. impatiens P. Provincialis, retulit Pris Valeriani contumaciam Pri Commissario, dum ipse acceptas ex Urbe litteras iam ~~obsignatas~~ aperuerat, iam legere inceperat, quibus Ordinis Protector causam istam Pri Commissario recognoscendam committebat: quinetiam ad illum transmissa ad Urbem, ad hunc remisit. Tunc P. Commissarius ad P. Valeriani cubiculum accessit, praecepitque non tantum virtute sui officij, sed etiam novae authoritatis, sibi nuper a Protectore impertitae in hac causa, assistente quoque P. Provinciali, ut responderet ~~ad interrogatarius~~ ad ea, quibus de interrogaretur: ille nihil aliud respondit, nisi: Exercitio fotum: cum invaluero coram competenti Judice respondebo: et quanquam saepius hortatus esset, ut satisfaceret ijs, quae objicerentur, nullum aliud verbum haberi potuit.

Illo eodem tempore puniebat P. Commissarius per

diffinitivas

diffinitiuas sententias fratres nonnullos, qui deliquerant, tam ex Conuentu Dumaniensi, quam ex Costensi: cumq. alij illius Monasterij Alumni scirent D. Commissarium in ipsos inquisiuisse et mox poenam inflicturum, eum terrere uoluerunt, ut abiret. nocte ergo illa lateribus fores cubicul. illius saepe obruerunt. mane surgens fr. Bernardus socius in cimula foris chartulam inuenit, qua minabantur, se uenenum propinaturos, ni statim abiret. contempsit minas D. Commissarius, utq. melius tanti sceleris Authorem inueniret, abijt Zugniam ad uisendum Praesulem Zemensem, Prouincialiq., ac socio re communicata, praecepit, ut quam secretissime, atq. exactissime inuestigarent facinorosum virum qui tamen nihil unquam certi rescire potuerunt; sed tantum, quid per coniecturas subodorati sunt. Hinc sceleris Author petulantior factus, aliam similem chartulam apposuit: qua propter D. Commissarius a cibis communibus abstinebat.

Conuocato deinde concilio, propositaq. P. Valerian. causa, de uoto omnium Patrum damnatus fuit in grauioris culpæ pœnas, tanquam conuictus per contumaciam, de falsa, et contumeliosa accusatione, quam præd.ª literarum copia continebat. Hæc tam secretè fieri non potuerunt, quin ab Episcopo penetrarentur, qui accersito P.re Commissario, ait: nonne uera sunt quæ P. V. narrabam, familiam nempè istam esse dissolutissimam, atq. indigere diligenti custodia, et reformatione? obtulit deinde se, suam Curiam, et satellites in auxilium P. Commissarij: quem exhortabatur, ut delinquentes in carcerem detruderet: seuerè in eos animaduerteret, et omninò corrigeret, prout erat opus. Ille Præsuli gratias agens suos fratres quomodocunq. potuit excusauit, affirmans uana esse quæ de ijs circunferebantur, seq. adeo temerarium non esse, ut tam euidenti cum uitæ discrimine uellet inter illos fratres morari. Paucos tamen intra dies quædam maioris ponderis, et momenti,

conclusis

conclusit, et per suum socium sententiam tulit in P. Valerianum, qui tandem illuminatus se subiecit: suum errorem agnouit: pietatem implorauit: ac sententiae se subscripsit. Caeteris, quae minoris erant momenti, P.ri Prouinciali commissis, abijt inde P. Commissarius Znemam uersus duodecim lapidibus seiunctam. Visit Zabis illius Monasterium, in quod Dominicanam disciplinam introduxit, redegitq. ad formam caeterorum monasteriorum. Inde profectus, emenso milliariorum duodecim interuallo Brestiam peruenit, sicq. finem imposuit suae Visitationi. Inde Varsauiam remeauit, itineris unius diei seiunctam spacio, et D.num Nuncium adiens nunciauit se iam visitationem absoluisse. Ille non satis laudare Commissarij dexteritatem, visitationisq. felicitatem non satis mirari poterat. Quare P. Commissario de re bene gesta gratulatus est.

Prouinciam Russiam uisitat P. Commissarius: Prouincialem eligit: Lythuaniam repetit, ubi erigit Mischense Monastm. Cap.

Reminiscens P. Commissarius, sibi ab Ordinis Magistro mandatum fuisse, ut Russiam Prouinciam quoque lustraret, paci restitueret, declararetque Prouincialem. Patrem Antoninum iam suo officio functum fuisse, aliumque Prouinciae illi praeficeret, Varsauia nonis Decembris [anno 1614.] profectus est, non sine uitae periculo propter asperrima tempora, cum omnia gelu rigerent. Nix in itinere superuenit, quae uento agitata montes in conuallibus efformabat: Fluuium Vistulam super gelu transiuit non sine maximo discrimine, quia in aliquibus partibus iam gelu dissoluebatur, et currus aliquot Armenorum (ita mercium Ductores uocantur) in aquis semisubmersos reperit; Leopolim ergo petijt per Lublinensis orae monasteria iter faciens, repe-

ritque.

citij Legpoliensem Conuentum a Prouinciali rebellasse, proclamantes ipsum non esse amplius Prouincialem, præsertim post reditum P. Diffinitoris, et Socij ex generalibus Comitijs Vlysipone habitis, qui renunciauerant: ordinis magistrum declarasse: Russiam Prouinciam non nisi ad triennium dari; et nihilominus Prouincialis contendebat: suum officium non solum quatuor: verum sex annos duraturum. Laborabat tunc temporis Mag. Antoninus (ita uocabatur Prouincialis) aduersa ualetudine. vnde P. Commissarius occasionem coepit suadendi ut satius foret, si suæ ualetudini, ac senectuti consultum uellet, ac omni uacuus cura, a molestijs liber, quieti, quam senilis ætas affectare solet, sese dederet: nihil harum rationum pondere suasus vir durioris ingenij: tandem adhortationibus, et precibus fatigatus, acquieuit, non annuit. P. Commissarius conuocato Patrum concilio, et mente magistri Ordinis ma-

nifestata, declarauit P. Mrum Antoninum iam Prouincia functum esse, eiusq. administrationem ad triennium concedi debere iuxta illius primaeuam institutionem. In eo quoq. Concilio uigore Constitutionum, Patrem Mrum Ambrosium Praefectum Leopoliensis Monasterij, in quo Prouincialia Comitia habenda erant, Prouinciae Vicarium instituit, et de Patrum consensu eadem indixit pro die Dominico, in quo decantatur Deus qui errantibus &c. iuxta Ordinis consuetudinem. Interim ingrauescente indies morbo Mri Antonini, tandem infra octauam S. Ioannis Euangelistae, omnibus sacramentis deuotissime susceptis, obijt Vir de Ordine satis benemeritus. Optabat interea P. Commissarius, donec stata dies Prouincialis Concilij aduentaret Prouinciae monasteria perlustrare (ut fecerat in Polonia) eo magis uisitatione indigentia, quo uix aliquando post obitum P. Cypriani uiderant Pastoris faciem: serio tamen monitus non modo a Do-

minicana

minicana familia: verum et ab ipsis Regni
Optimatibus, ne temerè id faceret, quia tota
Russia a Tartarorum incursionibus molesta=
batur, futurum haud dubiè si tantum aude-
ret, ut in eorum manus incideret. eorum con-
silijs acquiescens P. Commissarius, inde discessit
ad remotiora a confinibus Valachiæ, et Sarma-
tiæ monasteria perlustraturus. visit secundò
Conventus Jauorouiensem, mosticensem, et Sam-
boriensem, in quibus aliquem primæ visitatio-
nis fructum collegit, et explorato, num ordina-
tiones a se constitutæ servarentur, invenit om-
nes pro viribus adimpleri. Inde Præmisliam
profectus, mir~~um in modum~~ perfusus est gaudio,
et consolatione, videns progressus, quos pia il-
la familia tam brevi temporis spatio fece-
rat in religiosa disciplina. P. Commissarij
ordinationes, leges erant inviolabiles. Egregia
iuventus, ac Tyrones studiosi accuratissimè
educabantur. Inde ducens secum aliquot ex ijs

fratribus regularis obseruantiæ amatoribus, Leopoli iter faciens Luceoriam adiuit, Vrbem octo, et triginta milliaria ab inde distantem, animo erigendi disciplinam regularem in eo monasterio, prout opere compleuit, omnesq. fratres illam detrectantes ad alia depulit monasteria, aliosq. è Conuentibus reformatis ubi præ multitudine uix habitare poterant, acciuit: ac Lectorem, Tyronum Præceptorem, atq. cæteros officiales instituit.
Inter hæc comparuit P. Lector fr. Theophilus, Vlodomiriensis monasterij Moderator, et paulò post Nuncius a Moderatoris vicesgerente, alijsq. Patribus et ambo P. rem Commissarium instanter rogarunt, ut ad monasterium se conferre non grauaretur, sedaturus discordias, et tumultus, qui in eo uigebant. P. Commissarius celeritate opus esse optimè noscens, omisit perfectiorem reformationem, præsertim cum iam sanxisset leges, quæ magis intererant, ac itineri se commisit nihil remoratus a cæli rigore, a gelu, nihil a niuibus, quæ

decem

2164

*

flamis mutui amoris flamas addidit casus singularis; erat namque tunc Valentiæ no-
bilissima pulcherrimaque virgo dicta D. Maria
de Meneses, quæ pro Damicella novæ Re-
ginæ ex Lusitania adducta fuerat cum aliis
Castellanis, quam in sponsam ducere vehe-
menter desiderabat dictus D. Francus ~~de Fon-~~
~~seca~~ tractatumque istum Patri suo commiserat,
sciens præsertim additum illi patere domum ad
D. Ruigomes illius parentem Reginæque domus præ-
fectum, qua ad eandem D. Mariam, quibus ~~itaque~~
~~mutuis~~ P. Fonseca brevi consensum obtinuit, sed
dominus à Duce de Lerma ~~mi~~ D. Francisci patruele tunc
primo Regis consiliario, et à D. Comitissa de Lemos
eius matre repulsam passus fuit, nec propterea
ab incepto destitit, sperans temporis decursu
se illum extorsurum: propediem tunc sperabatur

in oppido

in oppido dicto Bineros nova Regis sponsa
Austriaca ad quam comitanda, valendumq. et
ducendum regio fastu Dux de Lerma profectus
fuerat Bem omnibus Hispaniae plerisq. Italiae princi-
pibus auro, pretiosissimisq. monilibus ornatis et si-
mul cum omnibus Damicellis ab obsequia Reginae
destitatis pretiosissime ornatis inter quos D.
Francus de Castro veniebat connumerandus, sed tamen
ut illi addita praecluderent ne duae Damicellae de
more obsequium praestarent, iussus fuit triremes
ascendere, et per mare ad portum de Bineros se confer-
re, ille Vo parere nolens ad P. Fonseca pro consilio
et auxilio recurrit statuens non maritimam sed
terrestrem viam arripere, deerat illi nervus ite-
nerandi dedit P. Fonseca centum aureos in promptu
haberet, qui D. Francisco non aurei, sed tot Angeli
visi sunt, Venatoriisq. habitu indutus incognitus
et semi larvatus quatuor canes funibus ligatos manu

ducens

ducens cum eo quo D. Maria vehebat. adhesit
a qua bene cognitus, sed ut Venator reputatus
quo progrederet. interrogabat, ipse D.^s personam
Venatoris gerens Damam unam, quae sibi a retibus
aufugerat persequientis suam illi mentem et perseve-
rantiam manifestabat, quo usque perveniens Dux
de Lerma cum suo comitatu, Damicellas illas Reginae
salutans, oculos in Venatorem conjiciens novit esse
D. Fran.^cum suum nepotem, tunc in risum prorumpens
Ex (aut famolis) Capite ipsum venatorem, induit illum
vestib. nuptialib., et ~~sequantur~~ equum ascendat,
et sequat. nos

decem milliarium spacio eum comitatæ sunt. Ad Vlodomiriense Monasterium peruenit, cuius fami- lia summopere commota, atq: scandalo perturbata erat non sine aliqua Secularium notitia, ac P. Præ- fectus cum meretrice in sua cella fuisset deprehen- sus; et præcepto sub censuris, nequis cum Secula- ribus, aut inter sese de hac re dissererent, inqui- siuit in ipsum Præfectum, quem (iustitiam ad- ministraturus) propter grauia, quæ reperit indicia, sequestrauit posteaq. conuictum, et confessum ad gra- uioris culpæ poenas damnatum in Sandomiriense Monasterium relegauit. Superuenit interim oppor- tunè Prouincialis, cum quo pertractatis nonnul- lis negotijs, commissaq. visitatione illius, atq. aliorum conuentuum Prouinciæ, ac perficeret reformationem Leccouiensium Patrum P. Commissarius Leopolim uiginti milliaria distantem reuersus est, perfectu- rus coeptam visitationem, et Prouinciale Conci- lium habiturus. ibi literarum studia, nuper ab ipso restituta, fouit: iuuentutem, quæ regular

disciplinæ cœperat assuescere, ad perfectionem sti-
mulavit, et rectæ tyronum invigilavit educa-
tioni, nam ætas grandior difficillimè flectitur,
et per unum flexa ad priorem statum continuò
revertitur. Visit iterum Monasterium S. Ma-
riæ Magdalenæ, cui optimè consuluit.

Interim comparuerunt Provinciæ Patres ad Conci-
lium, qui absq. ullo strepitu, sive perturbatione, præ-
moniti a P. Commissario, præfecerunt Provinciæ
P. M. Ambrosium Leopoliensis Conventus Modera-
torem, et mox quatuor Diffinitores elegerunt, qui
consequenti die Diffinitorio initium dederunt, in
quo summo cum zelo communis boni tàm spiri-
tualis, quàm temporalis multa de Provincia
sanxere.

Indixit post hæc P. Commissarius Provinciæ Polo-
niæ Patribus, et magistris præsertim è Cracovien-
si Conventu Illimum Concilium Varsaviæ haben-
dum in die festo Divi Dominici. Verùm quo-
niam isti P. Commissarium rogarunt ut illud pro-

traheret

traheret, ad festum S. Michaelis Archangeli distulit totoq. onere Provinciæ humeris P. Provincialis imposito, Varsauiam uersus per Monasteria Lublinensis regionis iter cœpit. Occurrit quidam Palatinus Lythuanus, qui P. Commissarium exorauit ut in Lythuaniam se conferret, ibiq. redditum pro fundatione Monasterij acciperet promittens se eius defectibus suppleturum. eius precibus accesit efficax Vilnensis Episcopi ~~instantia~~ petitio, qui suadebat, ut ad Vrbem Minscensem ~~ad~~ Lythuaniæ confinia sitam Moscouiam uersus se conferret ubi messis quidem multa, operarij autem pauci ita ut in Vrbe Regia, ubi uniuerso Regno ius dicitur, quæ in duas Vrbes diuisa referta erat plus quàm 30000. animis, neq. alium, quàm Sacerdotem Catholicum habebat, eumq. ineptum ad Sacramenta ministranda, neq. circum ~~quat~~ intra quartum, et decimum lapidem alius Sacerdos Catholicus reperiebatur. Precabatur ergo P. Commissarium ut oblationem Lythuanicæ nationis pro Monrio.

acciperet, suum auxilium, et protectionem in eius fundatione promittens. Zelo igitur harum anima=rum ductus R.P. Commissarius, et quo dignos è sua visitatione fructus reportaret dum Varsaviæ se se otiosum tenebat, expectans indictam Congregationem; Hac igitur occasione stabilire uo=luit Seynensis Monasterij reformationem. Transiuit Janouia, et Meresia quarum Vrbium Do=minicanos Conuentus religiosiores multò repe=rit. Peruenit ad Seynente Monasterium, ubi nullum religiosæ disciplinæ uestigium reperit. Quare amouit Moderatorem, qui mandata R.P. Commissarij detrectabat, instituitque Cracouiensis studij moderatorem, ac Seynensi Monasterio virum pium è Syradiensi Conuentu præfecit: fra=tres, qui se reformationi subscripsere ad officia promouit: cæteros ad alios Conuentus transmi=sit, subrogaturus in eorum locum alumnos Sy=radienses, et Præmilienses, qui adeo creuerant, ut monasteria illos capere non possent. Vo=

luit

luit triginta illos lacus Monasterij perlustrare, quorum superius meminimus, ex quibus Dominicana familia non modo pisces ad se alendum, uerum etiā optimos redditus haurire poterat. Inde Vilnam petijt. opportunè cecidit eius aduentus Vilnensi monasterio, illius namq. familia ab Episcopo recesserat; nàm Vices moderatoris gerens temerè ausus fuerat Vxorem, alterius Decemuiris Vrbis in claustro Monasterij clausam famulorum ope expoliatam multis uulneribus afficere. Quare Episcopus decreuerat Monasterium inuadere, et seuerè in fratrem animaduertere; quo praesertim popul. scandalo, ac tumultui occurreret. fratres procul dubio Praesul: se opposuissent, et sic factus esset error peior priore. Vt ergo Praesulem, et iratos Ciuium animos placaret fratrem poena, et exilio mulctauit. Interim socium cum quinque fratribus ad Vrbem Deminiko misit, quò oblatam ad erigendum monasterium commoditatem acciperent, erigerentq., prout cum summo Catholicorum gaudio erexerunt, sub inuo-

cationе

catione Diui Thomæ Aquinatis. Accidit ali-
quando ut Dominicanis pulsantibus sibi a Rutle-
nis schismaticis ad solemne festum commodatam
campanam, et confluente uniuerso populo, schis-
matici ita excandeuerint, ut illos opprimere uel-
lent. quare continuò campanam restituerunt,
aliamq; sibi compararunt. Dum hæc a socio
P. Commissarij in Minsko peragebantur, et a
finitimis optimatibus opem contrahebat, P. Commis-
sarius totus Vilnensis monasterij uisitationi in-
tentus erat, quod et industria Præfecti facultati-
bus, et regulari disciplina adauctum reperit.
octo enim ac decem mensium spacio suæ Præ-
fecturæ accesserunt monasterio florenorum supra
quadraginta millia: mutauit nihilominus of-
ficiales aliquot: ebriecatem damnauit. cæterum
ante quam visitationem perficeret profectus est
ad monasterium Sanctorum Cosmi, et Damiani
in Ostrowiez octo milliaria distantem nuper ab ipso
erectum quò tolleret nonnulla scandala, quæ
ab

ab Episcopo receperat. Conventum igitur visit, dissolutos correxit: Vicarium absoluit, et Villæ illius Dominium cum Dominicana familia composuit

Varsauiense Monasterium reformat, atq; ultimum conuocat. concilium. Cap.

E Lythuania Varsauiam remeauit R. Commissarius, quo in eo Monasterio Dominicani instituti obseruantiam promoueret tum propter loci commoditatem, tum etiam propter Regis praesentiam, et Curiae in spem ueniens futurum ut Monasterium illud, si a pia, religiosa, atq; exemplari familia incoleretur, maxima sensuret incrementa. Primum igitur hortatus est, R. M. Radaueskium Praefectum, ut operae suae praesto esse uellet ad reformandum illud monasterium, affirmans idem fore gratissimam non modo Regi; sed etiam Ordinis Magistro, et summae laudi ipsi Dominicanae familiae, quae licet aliquantulum obscurior esset, authoritate comperceretur: nullam aliam occurrere potuisse difficultatem, cum reditibus abundaret: unde facilis reddebatur uita regularis, et disciplinae obser=

uans

uans: Praefectus autem non modò renuit se Reformationi subscribere; sed in eam familiam uniuersam sollicitauit: Proceres, ac Regem ipsum sinistrè informauit, proclamans: Dominicanam familiam in ijs partibus nullo pacto a carnibus abstinere posse, tum quia Cœlum illud nimis rigidum erat, tum etiam quia uino, et piscibus carebant. Rex ergo accersito P. Commissario, querelas fratrum, et Curiæ retulit. Iste a carnium abstinentia expeditus, Regi ostendit, quòd Dominicana familia ex solemni voto Constitutiones Ordinis seruare tenebatur, quæ ~~praecipiebat~~ carnes omninò interdicebant, neq. illis derogare poterat Magister Ordinis; nec satis arduum esse in Polonia carnium abstinere, cum Monaci Diui Basilij, fratresq. Leopolienses ex Ordine Diui Dominici nunquam carnibus uescerentur; idemq. prorsùs praestarent alij reformati Conuentus, quales Syradiensis, Primisliensis, et Sedanus, neq. propterea ualetudine laborarent; sed plus

caeteris ualerent, qui comensationibus, et ebrie-
tatibus operam dabant, cum hæc nostra corpora
inficerent. Acquieuit Rex hisce rationibus, et
quùm in posterum querelæ ad ipsum deferebantur,
id dabat responsi Pareant suo Commissario
et seruent quod in professione Deo uouerunt.
Quia tamen P. Commissarius optimè norat quod
regularis disciplina si semel introduceretur
citò euanesceret, voluit animos Platinum sibi
conciliare, quò sancta, ac firma haberetur: neq
id poterat contingere, nisi Præfectum in sua
traheret sententiam, cum vir esset authoritatis,
potens in opere, et sermone. Hic ambiebat ite-
rum præfici Monasterio, et propterea Palati-
norum authoritatem interposuerat penes P.
Commissarium, quo Constitutionibus derogaret.
et aliquando cum eo loquens P. Commissarius
de huiusmodi derogatione: non modo inquit
mea authoritate efficiam, ut P. V. iterum præ-
ficiatur huic Monasterio; sed cum decreuerim

illud de stricta obseruantia pro Varsauiensi Re-
gione instituere: totum propterea Conuentum
innouare volo: reformationem detrectantes
amouere: alios è reformatis monasterijs accire:
et Nouum Praefectum, nulla praecedente electione
prout in Reformatione aliorum monasteriorum
peregi, instituere; et quidem hac nocte dum
mente voluerem quis nam omnium maxi-
mè idoneus esset, quem eligerem, occurrit P.
V. reliquum est, ut P. V. assentiatur, et me-
cum regularem disciplinam promoueat. Quo
audito ille in virum longe alium mutatus
et nouo indutus Spiritu qui nuper aperto
marte strictiori disciplinae se opposuit: mo-
do se eam libenter amplexurum pollicebatur,
inquiens: Siquidem si Deo placet, ac meis Su-
perioribus, ecce Paratum cor meum Deus, pa-
ratum cor meum. et subiungente P. Commissa-
rio, num posset chorum frequentare, et carnibus
abstinere, respondit: omnia possum in eo, qui

me

me confortat. Conclusit R. Commissarius his uerbis Dominus, qui incepit, ipse perficiat. et mox interrogauit omnes Monasterij Alumnos, num uellent sub recta Ordinis disciplina uitam trahere religiosam? Abnuentes in alia Monasteria relegauit et in eorum locum pios viros subrogauit à reformatis Monasterijs accitos. Paulo post comparuit nouus Praefectus reformatus qui ciuiliori ueste indutus, non amplius carminibus uexabatur; sed reformationem summis laudibus extollebat.

Tandem R. Commissarius conuocatis Patribus, declarauit: Monasterium illud reformatum pro ora Marsouiensi, dig. praefecto Pre Mro Radaueschio, prout promiserat, confirmatisq. omnibus Officialibus, ac Patribus, qui uerae Dominicani Ordinis disciplinae se subiecerant, animum conuertit ad ultima comitia, quibus sua opera obsignaret. In unum igitur congregatis Patribus designatis cum communi omnium consi-

lio

dio, pax perpetua inter eos stabilita fuit, et Apo
stolica authoritate confirmata: Ut autem quæ
peragenda erant æternùm sancta haberentur
noluit tunc suprema sua authoritate uti, neq:
sese Apostolicum Commissarium gerere; sed con-
sultorem, atq: adhortatorem, quo ipsi Authores
omnium ordinationum, atq: decretorum, ea ab-
sente Pre Commissario non violarent; sed cu-
rarent ut semper rata, ac firma haberentur.
Primùm ostendit folium a multis Patribus, quos
requisierat in visitatione Monasteriorum, sub-
scriptum, qui testabantur radicem omnium dis-
sensionum, atq: discordiarum Provinciæ fuisse,
quod unus Cracouiensis Conuentus tot: Provin-
ciæ ita dominaretur, ut dignitates omnes, Pro-
uincialatum, Diffinitoratus Comitiorum: Mona-
steriorum digniores Præfecturas, gradus ma-
gisterij, Baccalaureatus, ac Lectoratus inter
se distribuerent: quod infitiari non poterant,
cum optimè ex ea congregatione conuiceta:

fieret

fieret, in qua ex Cracouiensi Cætu nouem, tres tantum ex Prouinciæ Alumnis aderant. Accusabant præterea Monasterium illud, quod cum aleret non posset plus quàm sexaginta filios, penè ducentos ad habitum suscepisset, quò cetera Prouinciæ Monasteria multitudine obruerentur; per quæ interim eos distribuebat, et sic duplex malum sentiebant, nam illis Cracouiensis Monasterij Alumni sustentandi erant; cum tamen Cracouiense Monasterium eorum filios expelleret. et cum penes eos summa esset potestas, semper apud eos primatum obtinebant, et sua opprimebant authoritate. Si igitur Patres Congregat. exoptarent omnium discordiarum radices euellere, quò tandem aliquando communis pacis bonum sentirent, nec amplius quotidie Commissarijs uexarentur, ut conquerebantur, tot malis consulendum: contraria contrarijs curanda: se tantum agere uelle personam proponentis, hortantis, suggerentis,

atq;

atq. consiliatoris efficax remedium ab ipsis ex-
petendum, postulandum, ac laeto sinu amplec-
tendum. esse igitur servandam distributivam
iustitiam in honoribus, ac dignitatibus absq. ul-
la ratione: servanda Comitiorum decreta bis
nimirum assumi debere ad Provinciam eius
filios semel Cracovienses, quos ipse pro tertia Pro-
vinciae parte computabat, et consequenter ter-
tiam honorum, atq. dignitatum partem debebat
obtinere. Ad singularia descendens, asserebat duo-
denarium magistrorum Provinciae numerum
nimis parvum esse, cum Conventus, et filij Pro-
vinciae numero aucti essent: debere igitur Con-
gregationem postulare, ut ipsa quoq. numero
augeretur usq. ad numerum octavum supra
decimum cum pacto tamen aeternum inviolabili
quod duodecim Provinciae filij esse debeant, Craco-
viae sex; et quanquam lex huiusmodi impraesen-
tiarum multitudinis causa Cracoviensium magi-
strorum servari non posset, modum tamen per-

scripti

seripsit, quo Magistrorum numerus intra paucos annos ad hanc formam redigi posset. Mox subiunxit, ut unusquisq. suam ingenuè sententiam proferret. Vniuersi P. Commissarij consilium approbarunt egeruntq. gratias, quod ipso unus [illegible] invenisset qua ratione Prouincia illa paci, et tranquillitati restitueretur. Quare quae a P. Commissario proposita fuere, perpetua lege sanciti sunt.

Consultauit deinde P. Commissarius alteri discordiarum capiti, quod Prouinciam a Monasterio Cracouiensi seiungebat, hoc hortatus est ut illius filios ad aliquos hi honores eueherent, et exoptaret suos Alumnos Prouinciae munera cum pace obtinere: idcircò non abre esset, P. Mrum Pegasium, Regentem, ac Baccalaureum Piekarski Praedicatorem eorum Conuentus postularent institui. Quo audito stupuerunt omnes, ac P. Commissarius quid temerarium pronunciasset: et quomodò (aiebant) infensissimos nostri Conuentus hostes ad praecipuos nostros honores extollemus, nostroq. pane susten-

tabimus

tabimus. Tunc P. Commissarius eos precatus est, ut dicentem ~~cum~~ pace auscultarent. et continuò tot rationes in unum congessit, ut euidenter ijs monstrauerit non aliter faciendum esse: tum quia Cracouienses Patres pleras[que] praecipuas Prouinciae dignitates occupabant, ne[que] se tantum alebant aliorum Monasteriorum reditibus: uerum etiam illos administrabant, et identidem quos mittebant ad suum Monasterium: tum etiam quia ad studia promouenda neminem aptiorem, seu magis doctum uel in ipso Ordine inuenissent P. M.ro Pegasio neq[ue] magis celebrem concionatorem Baccalaureo Piekasko, qui eloquentia et doctrina urbis magnetes futuri erant: his accedebat quod isti duo Patres in Prouincia prae caeteris authoritate pollerent, at[que] ita illam in Cracouienses ad libitum commouere possent, quod procul dubio non praestarent, si intra clausura Cracouiensis ~~illos detinerentur~~ detinerentur, et disolutam eorum uitam Cracouienses Patres corrigere possent, et sanctio:

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

cui foedere pacem stabilirent. Illi persuasi a P. Rēmo Commissario postularunt ut P. M. Pegasum Regentem, et Baccalaureum Piekaskum eorum Concionatorem institueret: iste eorum votis libenter annuit.

Provinciae statuta confirmata, et adaucta, prout illius status poscere videbatur. Patres congregati solemni voto se ea observaturos promiserunt: vindictas sibi imprecati sunt, si tanquam minus sa-cta haberent, si violarent, nisi violaturis sese opponerent. P. Commissarius tandem ea Apostolica authoritate confirmavit. postea protestatus fuit se bonum certamen certasse, et cursum suae visitationis consumasse. Adiecit non vaticinando aut praecognoscendo, quia neq. vates erat, neq. Astro-rum peritus, sed solum coniectando ijs praedicebat, quod tandiu exoptata pace fruituri erant et a Commissariorum molestijs liberi futuri, quandiu sanctiones illas firmas haberent, ac custodirent. quae deinde prelo excusae per totam Provinciam distributae sunt.

Cogitur Familia Monasteriorum Sylesiæ fidei iuramentum præstare populis, qui fœdere Hæreticis iuncti erant. Cap.

Vix comitia terminata fuerant, cum D. Commissario reddita fuerunt literæ a Monasterijs Vratislauiensis Regionis, quibus monitus fuit de molestijs ab Hæreticis ijs illatis, ex quibus cogebantur iurare in fœdera Prouinciarum Boemiæ, Morauiæ, et Silesiæ, quibus sancitum fuerat, ut hæreticales articuli quinquaginta inuiolabiliter seruarentur sub pœna confiscationis omnium bonorum, ac perpetui exilij. Iuramentum erat huiusmodi:

Iuro Deo omnipotenti pro me, et Conuentu meo, et in eius animas, quod ego, et Conuentus omnes, et singuli infra Regiones ad coronam Bohemiæ spectantes, articulos in Arce Pragensi erectos, conclusos, et ab omnibus Regionibus unitis sigillo firmatos, et iuramento confirmatos nunc, et ad futura tempora constanter, firmiter,

incorruptibile in omnibus et singulis, quæ ibi ordinantur, legitimè, et fideliter seruabo: Præcipuè uerò pacificè, et sine ullis malis practicis contra euangelicos uiuere promitto, et contra literas maiestaticas, et concessiones super libero exercitio Religionis Euangelicæ nihil facere, nec attentare uolo; nec etiam concedam alicui homini, siue in supremâ, siue in infimâ dignitate constituto, nec respicio ullam gratiam, uel disgratiam, nec amicitiam, uel inimicitiam: munera, uel dona, uel promissiones per ullos tractatus, nec ullam absolutionem à iuramento uolo: constitutionibus, concilijs, decretis de Hæreticis non seruandâ fide, et alijs quomodocunque similia hic possent excogitari ego, et meus Conuentus pro nunc et in futurum efficienter renuncio; et sic nullâ uiâ, aut modo, ut ingenia hominum possunt inuenire, uel excogitare me auertere permittam, et hæc omnia

Articuli ad Catholicam Religionem spectantes, ad quorum observationem iureiurando se adstringere debebant, omissis ijs, qui ad legem politicam spectant sunt tenoris prout infra

Quoniam haec confoederatio ad defendendam euangelicam Religionem facta est. et ut omnes misericordiam, et suam gratiam super hoc opus largiri uelit, concluserunt saepius dictae Regiones, ut omnes cuiuscunq. Religionis sint, iuxta informationem Euangelicae confessionis, et informationem Augustanae confessionis, vitam Xpianam, et uirtuosam ducant: peccata, vitia, scandala, hypocrises, et quicqd sit, quae Xpianum non decent, fugiant, et odio prosequantur, in quem finem admoneri, et sub poena a magistratu infligenda adigi debent.

Art. 2.us In hac confoederatione includendus est Rex, et huius confoederationis beneficio gaudere debet

si priuilegia, litteras Maiestaticas, concessiones, et articulos huius confœderationis in diligenti obseruantia habuerit, et iuxta hanc confœderationem Regimen suum disposuerit: similiter si in Rebus Religionis, et iustitiæ omnibus præfatis Regionibus sine discrimine Religionis æqualem defensionem adhibuerit.

Art. 3. Rex cum nullo Jesuitarum, neq cum externarum Regionum ablegatis, uel consiliarijs in causis ad has tres Regiones pertinentibus consilium ineat, uel eiusmodi externæ nationis personas ad præcipua, et magna officia promoueat, uel pro consiliarijs utatur, neq aliquam aliam expeditionem illis demandet, neq ad Senatus, uel alia ciuilia officia adhibeantur.

Art. 4 Et debent Jesuitæ nunc, et in æterna tempora in his unitis Regionibus sub quocunq prætextu, uel ordine, quicunq ille sit, uelut esse possit, nullo modo admitti, uel introduci; et si ipsi Jesuitæ, uel illorum Discipuli adhuc

latitarent

latitarent, uel clam se in his terris insimularent, totaliter expellantur, et extirpentur, et sub titulo alterius Ordinis, uel Jesuitæ, uel eorum Discipuli in his terris manerent, uel inuenirentur, iste Ordo bona sua in fiscum cogetur dare; quæ deinde in defensionem harum regionum adhiberi debent. Et omnia Jesuitarum priuilegia, licet ab Imperatoribus, et Regibus acceperint illa et inter Statuta Boemica relata, et inserta sint: ex tabulis, in quibus sunt inscripta, debent eradi, et deleri; et omnia eorum Collegia, bona, fundationes, reditus, et quæcunque alia confiscari debent in bonum Regni Boemiæ.

Art. 5. Porrò in his unitis regionibus nullus ordo nouus, præter istos, qui iam sunt, in posterum fundari debent.

Art. 6. Pari ratione omnes Basilicæ Ecclesiasticæ, Capitula, Monasteria, et id genus, eorumque pertinentia: quæ omnia iam quodammodo desola-

ta

ta sunt, ad scholas, et ad alia Euangelicorum exercitia ordinari debent, et in usu, et in dispositione Euangelicorum nunc, et in perpetuum permanere decernimus.

Art. 7. Imprimis debet Rex literas maiestaticas, et concessiones quascunq. in puncto Religionis confirmare; sic etiam confirmare debet unionem inter status euangelicos Boemiæ, et Silesiæ anno 1609. factam, et etiam illam confoederationem confirmare debet, quam Imperator Matthias 1614. his Regionibus permisit, et concessit una cum confirmatione punctorum ad literam sine omni restrictione, uel per consequentias facta declaratione cum solemni renunciatione in Concilio Constantiensi, et Tridentino sepositarum exceptionum de fide Hæreticis non seruanda, nec non absolutiones a iuramento quocunq.

Art. 8. Omnes Ecclesiæ in unitis Regionibus, utpotè in Boemia, Morauia, Silesia supe-

rior-

riori, et inferiori, Lusatia, in Pagis, in Oppidis, in Ciui-
tatibus, et in omnibus locis, quæ iam ab Euangelicis possi-
dentur nunc, et in perpetuum sine omni perturbatione,
uel offensione, a quocunq. hoc potest excogitari, uel fieri
in horum Euangelicorum potestate manere debent.

Art. 9. Et hæ unitæ, et confœderatæ Regiones, quæ litteras
Maiestaticas seorsum non habent supra liberum
exercitium Religionis, ut Morauia, et Superior, et
inferior Lusatia, et quæ in posterum ad hanc capi-
tulationem, seu confœderationem peruenire possunt,
gaudere debent beneficijs litterarum Maiestaticarum
Boemis, et Sylesis ab Imperatore Rodulpho concessis;
et hoc in omnibus clausulis, punctis, articulis supra
liberum exercitium Religionis euangelicæ factis.

Art. 10. In omnibus Pagis, et alijs Ciuitatibus, et omni-
bus alijs locis unitarum harum Regionum, siue
ad Regem, siue ad Reginam pertineant, siue
sint sub Ecclesiastico, siue sub Sæculari magistra-
tu utriq. sexui in quacunq. lingua id fieri neces-
se fuerit, liberum exercitium Religionis Euange-
licæ.

liceat permitti debet, sic et licentia haec illis hoc titulo data est, et in hunc finem Ecclesias Parochiales, Domos, Sepulturas, et id genus aedificandi: pari quoq. ratione Euangelicos Praedicatores, Scholariarchas introducendi, potestatem habere decernuntur, et quilibet in sua Ecclesia pro placito, et ut in conscientia ipsi uidetur bonum esse, antiquas caeremonias uel retinendi, uel eas abrogandi, authoritatem hoc titulo ponte habere declaratur; et propter calumniam, quae personam concernunt, et id genus, ut in concionibus euenire solet, sub poena remotionis ab officio intermitti debere.

Art. 11. Simili ratione uolumus, ut in posterum in diuersis Regionibus nulla beneficia Ecclesiastica ut Episcopatus, Abbatiae, Commendae, Praepositurae, Praelaturae, et id genus externis concedatur; sed solum inquilinis, et, et qui in Regno Boemiae, atq. incorporatis Regionibus nati sunt, tanquam amicis nostris indulgemus, et in posterum praeter ista beneficia, uel fundationes nos

Exponere

extruere, uel fundare neq. Regi, neq. alijs cedendis.

Art. 12. Omnes Romani Catholici in unitis his tribus Provincijs, statibus omnibus uniuscuiusq. Sera iuramento se obligabunt contra acquisitas litteras Maiestaticas, uniones, et ceteras concessiones super liberum exercitium Religionis se nihil facturos, neq. attentaturos, cum expressa renunciatione exceptionum in Concilijs Constantiensi, et Tridentino positurum de Haereticis non seruanda fide; nec non absolutionis a iuramento; sic etiam aliorum Conciliorum, statutorum, traditionum, ordinationumq., et omnia eorum, quae contra litteras Maiestaticas pugnant.

Art. 13. in posterum nullus Romanus Catholicus, neq. ad suprema, neq. ad infima beneficia assumetur nedum in Oppidis ad ciuilia officia, sed nec ad Senatoria loca, nisi se prius obligauerint solemni iuramento, litteras Maiestaticas, uniones, et in specie hanc Constitutionem seruaturum cum renunciatione ut in 7. et 12. art.°

Art. 14. Nullus Romanus Catholicus, et de statu illo a supremo usq. ad infimum, et in his unitis Regionibus tolerari debet qui se non pari ratione obligauerit ad Religionis Euangelicæ concessiones et uniones: præsertim autem ad hanc confœderationem cum renunciatione, ut supra in 7. et 12. art.o habetur.

Art. 15. Volumus etiam in his unitis Regionibus quiuis Romanus Catholicus, siue sit supremi, siue infimi status, nullo prætextu, qualiscunq. ille sit, uel esse possit in posterum ullo modo loci ordinationem, uel aliquam eius iurisdictionem tam in spiritualibus, quam in temporalibus agnoscat.

Art. 16. et 17. Nullus Catholicus ad officia præcipua debet admitti, et quod huiusmodi officiorum persona debeat a Rege confirmari: denominatio autem, seu designatio a statibus unitarum Prouinciarum.

Art. 18. et 19. Senatus debet constitui ex dimidia parte Catholicorum, et Euangelicorum: primas ta-

tamen

men Euangelicorum debet esse: vbi autem sunt multi Euangelici, Senatus ex mete, et parte euangelicis debet constitui

Art. 20. omnia priuilegia, et pacta: emptiones et venditiones respicientia, et intendentia depressionem Euangelicorum, debent annihilari; et in his locis, ubi sunt Euangelici sub magistratu Catholico, æquali defensione debent gaudere ab unitis, et confœderatis Prouincijs.

Art. 21. Euangelici non debent deponi ab officijs propter religionem; sed alimonia officia debent esse paria, et commercia sine impedimento; et in posterum ius ciuile, uel aliquid aliud non a magistratu Catholico illius loci; sed a Principibus, et statibus, uel Commissarijs deputatis ab eisdem debet peti, et impetrari.

Art. 22. Pacta in Regno Hispaniarum facta debent amputari, et præscindi: Articul. uerò ad Religionem etiam spectantes permissi cum Polyticis sunt sequentes.

Art. 45. et licet Euangelici in istis unitis Regionibus hanc confoederationem solum fecerint: attamen omnes Romani Catholici status, si literas maiestaticas concessionis obseruauerint, et super hoc iurauerint: tum etiam pacificè, tranquillè, sine malis practicationibus, et artificijs contra Catholicos uixerint, hac nostra defensione gaudere debent.

Art. 48. Catholici omnes et singuli, qui se non obligauerint ad literas Maiestaticas, confoederationem hanc, et non renunciauerint, ut supra, tenore horum articulorum debent coerceri.

Art. 49. Magistratus Catholicus non debet urgere Euangelicos ad portandum candelas, et alias ceremonias in processionibus.

Art. 50. non debent conuenticula Euangelicorum a Catholicis impediri

Art. 88. Omnia Catholicorum bona, qui se non ad 7.^m et 12. art.^m in omnibus clausulis, ut ante dictum est obligauerint, debent confiscari.

Art. 89. Status, et superiores dignitates, ut Episco-

Episcopatus

patus, et id genus, qui Maiestaticas litteras, et alias clausulas cum renunciatione, ut supra non seruauerint, uel se ad seruandum iuramento non obligauerint, non debent esse amplius Status, neq; ad successionem debent uenire. hæc ex generalibus articulis. Ex specialibus autem hi, qui sunt trad: positi, subiunguntur.

Art. 4. Rex debet confirmare priuilegia, quæ Principes, et Status Silesiæ super beneficia Ecclesiastica debent: et bona Regalia Cameraria, non debent esse cameraria, sed Principum, et Status Silesiæ:

Art. 6. Quod omnes Spirituales in posterum debent contribuere illi Magistratui, sub quo iacent bona illorum; sic quoq; debent militem mittere in lustrationibus, et omnia quæcunq; aliàs fecit ad defensionem Patriæ facient ratione iuris territorij, ad quod pertinent, et omnia quæcunq; hactenus prætendent, debent esse annihilata, et cassata, et quod prætendunt de loci ordinario, nihil debet ualere

sicut neq. Ordinarius.

Art. 19. Simili modo in actionibus ciuilibus, non debent praetendere Spirituales exceptiones fieri, quibus hactenus in Basilicis, et Monasterijs, et alibi cum inuocatione suorum Prouincialium Archiepiscoporum Pragensium, et Gnesnensium usi sunt. Pari ratione Commendatores supra Magnum Magistrum Maltensem, ut ante fecerunt, non prouocabunt; sed omnes Spirituales, et Commendatores in hoc loco, ubi habitant, et bona sua habent, ius debent accipere, et iudicari, et dare ac facere iuxta Statuta, et iura loci.

Ospisonit

Opponit se d.º iuramento Suidnicensis Monast.ʲʲ Præfectus instituitq. P. Commissarius publicas supplicationes, & Regentem Cracouiensem Franciscanum contra decreta Pont.ᶦᵘᵐ scribentem de Concept. B. Virg.ᶦˢ retractare cogit. Cap.

Serió autem monuit P. Commissarius omnes Prælatos, ac Fratres eiusdem Regionis, ut nullo pacto prædictum iuramentum præstarent, tanquam iniquum: priùs Monasteria, facultates, vitam ipsam perderent, quàm Catholicam Religionem violarent: melius n. erat incidere in manus hominum, quàm derelinquere legem Dei nostri. Primus omnium sese iuramento opposuit P. Fr. Albertus Mosticensis Lector, et Suidnicensis Monasterij Præfectus, qui à Decemuiris ad Prætorium accitus, (die 7. 8bris 1619.) requisitusq. ut in eorum fœdera iuraret, ipse hæc audacter respondit: fœdus istud, et fœderis sanctiones non conueniunt instituto Ordinis mei, quod tale est; et

continuò educto è sinu Breuiario quod secum data opera detulerat, et aperto legit uersiculos illos, qui in die festo Diui Dominici decantari solent.

Doctrinam euangelicam
Spargens per Orbis cardinem,
Pestem fugat hæreticam,
Nouum producens Ordinem.

Quare nec uolo, nec possum cum Hæreticis fœdus inire, uel societatem ad oppugnandam Ecclesiam Catholicam, neq. unquam in uestra fœdera iurabo. prius carnifex mihi uitam eripiet, quàm quidquam in Catholicam Religionem attentem: imò uestra fœdera, et quicunq. uobiscum societatem inierunt, damno, execror, anathematizo. Quo audito stupuerunt Consules, et tantos unius Dominicani Alumni animos considerantes territi sunt et ueniam petenti abeundi ad suos superiores, et alium in sui locum subrogandi usq. aliam Decemuirorum deliberationem libenter annuerant. Ille igitur sua Prouincia alteri imposita, ad P. Commissarium profectus est.

Mox

Mox Decemviri Vicarium Conventus P. Zachariam nomine urgere coeperunt, ac rogari, ut in eorum foedus iuraret, promittentes in uxorem pulcherrimam Iuvenem cum dote bonorum omnium sui Monasterij, super quibus quoad usque uiueret nullam sentiret molestiam, ultra talaros triecentos, quos ipsi statim numerarent. Semper repugnauit P. Zacharias: ex quo Heretici Dominicanorum constantiam considerantes eos eiecerunt: ubi deinde milites cum tormentis bellicis castrametati sunt. neque mirum si tales conditiones nuptijs P. Zachariae obtulerunt, nam per foederatas Urbes lex promulgata est, ~~qua~~ eaque sancitum, ut si quae monialis nubere uellet, seu monacus, aut vir ~~aliqui~~ ordini addictus uxorem ducere, tenerentur Magistratus tot bona ex ijs Monasteriorum, seu tot reditus pro congrua eorum, filiorumque sustentatione assignare, habito tamen ratione doctrinae, nobilitatis, aut dignitatis. qua callida astutia non modo simplices, sed et eruditos viros ecclesiasticos deceperunt.

Faventibus igitur Hæreticis populis in Catholicam fidem, P. Commissarius adiuit Aplicum Nuncium a quo obtinuit indulgentiales facultatem instituendi publicas supplicationes, et Smi Eucharistiæ Sacramentum populo adorandum exponendi in omnibus monasterijs suæ ditioni subiectis, ad quæ sequentes litteras direxit.

Vniuersis, et singulis Patribus, ac fratribus ad nostras Prouincias Poloniæ, et Russiæ Ordinis Prædicatorum fr. Damianus a Fonseca Mag., et earundem Prouinciarum Commissarius, et Visitator generalis Sal. D. Catholicæ fidei zelum, Hæresumq. extirpationem.

Minimé dubitamus ad aures vestras peruenisse quanta malignatus est inimicus in Sancto, his præsentim calamitosis temporibus, et quàm infelicem statum habeant res Imperij Romani, rebellatis subditis Hæreticis contra suum legitimum Regem, et Imperatorem Catholicum. tangant intima cordis uestri uidere uix non uestris oculis templa Catholicorum diruta: imagines, et reliquias Sanctorum combustas: vasa sacra profanata, conuersaq.

in

in hastas, et clypeos contra Ecclesiam Catholicam: Sanctimoniales decaptas: a Monasterio ad turpissima connubia raptas: Sacerdotes Dei Idolo Dagon immolare nolentes horrendis carcerum ergastulis mancipatos: summos Ecclesiæ Prælatos exules, suis sponsis expoliatos: omnia denique ad Ecclesiam Catholicam spectantia ita conculcata, ut meritò per Prophetam Hieremiam effusis lacrymis lamentari uideatur Plorans plorauit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius: non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. omnes portæ eius destructæ: Sacerdotes eius gementes: Virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine. manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius, deposita est uehementer, non habens consolatorem. vide Dñe afflictionem meam. elatus inimicus. ~~videor me~~ uidere (dilectis[s]i) Deum iratum, cubus lanceis hisce nostris partibus minantem, quemadmodum et aliàs temporibus Pa-

triarcharum Dominici, et Francisci minari visus est Orbi Terrarum: Quare per merita eorundem Sanctorum exorare debetis Diuinam Maiestatem, ut iram suam auertat a nobis. Pugnante quondam Josue contra Amalech, ascendit Moises super uerticem collis: cumq. leuaret manus Moises, uincebat Israel; sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. Regale estis sacerdotium: gens Sancta: populus acquisitionis, neq. temporalibus armis Ecclesiæ militanti subuenire potestis: ad Spiritualia ergo arma confugite, et elatis manibus in Cœlum sine Remissione orate Deum simul cum populo Catholico, ut gentes Paganorum, et Hæreticorum, quæ in sua feritate confidunt, dextera suæ potentiæ conterantur: Quapropter in virtute Spiritus Sancti, et Sanctæ obedientiæ sub formali præcepto mandamus omnibus Patribus Prioribus, seu Principalibus Præsidentibus Conuentuum nostrarum Prouinciarum Poloniæ,

et

et Russiæ, ut proximioribus solemnioribus festiuis diebus a receptione præsentium orationes 40. horarum in nostris monasterijs faciant ea maiori, qua potuerint deuotione, et solemnitate. Prædicatores autem verbi Dei monitos esse uolumus, ut istis præsertim diebus, quibus orationes publicæ fient, populo fideli persecutionem ptam repræsentantes, ipsum ad poenitentiam suorum peccatorum exhortentur; qd quidem ut deuotius, et cum maiori populi fidelis fructu fieri possit, ecce uobis mittimus indulgentias liberales ab Ill.mo, et R.mo Nuncio Aplico in hunc finem impetratas, quæ sunt tenoris sequentis.

Franciscus Diotelleuius, Dei, et Apostolicæ Sedis gratia Episcopus S. Angeli, et Bitsauiacum S.mi Dni Nri Pauli, diuina prouidentia Papæ V.i Prælatus domesticus, ac in S.tis Suæ Cappellæ Assistens; nec non eiusdem S.mi Dni Nri, ipsiusq. S. Sedis Apostolicæ ad Ser.mum

Sigismundum iij. Poloniæ, et Sueciæ Regem, ipsumq. Poloniæ Regnum, ac magnum Lythuaniæ Ducatum &c. cum facultatibus Legati de Latere Nuncius. Concedimus facultatem RR. PP. Dominicanis, ut in principio orationis 40. horarum semel habendæ in singulis Ecclesijs Ordinis eorundem, vbilibet in hoc Regno constitutis processiones habeant cum S.mo Sacramento, dummodo sub Baldacchino deferatur, aliter huiusmodi concessio pro nulla, et irrita habeatur quoad omnia, et omnibus Xpi fidelibus indulgentiam 350. dierum concedimus, qui contriti, confessi, et sacra communione refecti, uel cum contritione et proposito confitendi tempore debito prædictis processionibus interfuerint, seu eadem oratione 40. horarum durante Ecclesias eorundem Patrum Dominicanorum uisitarint, ibiq. preces ad Altissimum fuderint pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ, unione Principum Christianorum, et extirpatione hæresum, et pro-

tisimam

cessimum pro præsentibus Ecclesiæ, et Religio=
nis Catholicæ periculis, et necessitatibus, ut De=
us Optimus Maximus opem ferat, et Catholi=
cam Religionem illæsam conservare, et propa=
gare dignetur. In quorum fidem &c. Datum
Varsaviæ in Palatio nostræ solitæ residentiæ
die 26. Novembris 1619. Pontus S.mi D. N. Pau=
li Papæ V. anno XV. gratis ubiq.
Fran.us Diotellevius Episcopus S. Angeli Nun=
cius Apostolicus
Jacobus ph.s Joannes Notarius
Prædictis autem Patribus Prioribus, vel Principa=
libus Præsidentibus Conventuum nostrorum ea=
rundem Provinciarum Poloniæ, et Russiæ
sub eodem formali præcepto mandamus, ut has
nostras litteras in spacio 40. horarum a re=
ceptione earundem publicari faciant in publico
refectorio: RR. autem PP. Vicarijs contra=
rium sub eodem formali præcepto mandamus,
ut easdem litteras immediatè post publicatio=

nem

nem illarum ad Conuentus suarum Contratarum respectiue transmittant eo ordine, quo processus Capitulorum Prouincialium transmitti solent. In nomine Patris, et filij, et Spiritus Sancti Amen. Non obstantibus in contrarium quibuscunq. In quorum fidem his nostro sigillo munitis manu propria subscripsimus. Dat. in nostro Conuentu S. Hiacynthi de stricta obseruantia Varsauiæ die 6. Xmbris 1619.

Fr. Damianus a Fonseca manu propria.

Eodem tempore Socius P. Commissarij, qui erat Cracouiæ eum monuit, quatenus quidam Fr. Bonauentura Franciscanus contra Decretum Summorum Pontificum, et in confusionem nostri Ordinis sequentia carmina inter alia typis mandauerat

Hæreticum genus exosum, Gens perfida, Christi
Cur Matrem tangis? crimina nulla patent.
Gestet Adamæum crimen præcelsa Virago
Quid Caluine uomis? crimine Virgo caret.

Quibus

Quibus carminibus a P. Commissario examinatis, ad Dnum Nuncium se contulit, questusq. est de istis Patribus, quod contra mentem Suae Stis. immò et contra decretum nuper a Stâ Sde. factum ausi essent haec carmina praelo excudere. Verum ita direxit B.ma Virgo, quae falsis laudibus extolli non vult, ut eadem die Varsauiam peruenerit quidam Fr. Marcus Corona Cracouiensis Franciscani Conuentus Regens, qui Pri Commissario reddidit quasdam literas commendatorias, ut secum apud Apostolicum Nuncium intercederet, quo rebellem a suis Superiore Franciscanam familiam comprimeret. Subodoratus fuerat P. Commissarius eum esse carminum Authorem. monuit Nuncium, qui ~~pro~~ sua pietate, et zelo pacis rem serio aggressus, praedtum P. Regentem diligenter examinatum conuicit. ex quo praecepit, ut deleret ac retractaret eadem carmina, Dedicatoria epla, quam quoque typis mandauit et est huiusmodi.

Cum S.mus D.nus Noster suo Decreto iampridem decreverit, ne sententia, quae B.mae Virgini Deiparae tribuit peccatum originale, non modo ulla censura notetur, sed ne ullo etiam facto oppugnetur, ut de ea agatur: tanquam S.ae Romanae Catholicae Ecclesiae, ac S. Sedis Ap.licae, ac S. S.tis obedientissimus meis carminibus, et toto meo libello antea impresso, nihil aliud mihi proposueram, nisi ut Haereticam impietatem oppugnarem, et Sacratissimae Virginis laudes extollerem, ac proinde dum Haereticum genus exosum aggressus sum, dumq. in Calvinum invectus interrogavi quid sentiret de peccato Adamaeo, solum eo spectavi, quod Haeretici hanc Sacratissimae Virgini iniuriam inferre soleant, ut eam in peccatum actuale asserant incidisse, et Calvinus eam in numerum, et ordinem communem Peccatorum temerè, ac impiè pertrahere conetur, ex quo fit, ut sectarij isti labem originalem alia ratione B. Virgini tribuant, quam probabili

babilis opinio Catholicorum, et Sanctorum Docto-
rum, quia nimirum Sancti Doctores maculam
originalem in breuissimo temporis spatio ita sen-
tiunt extinctam, ut nec peccati fomes, saltem
solutus relictus fuerit, neq. ex infecta illa ori-
gine ullum actuale peccatum, etiam ueniale
promanarit: at uerò Haeretici et maculam ori-
ginalem, et praua illius effectus in B. Virgine
fuisse contendunt fomitem, idest peccati urgen-
tem, et impellentem ad malum, et peccatum ip-
sum actuale, etiam mortale, tanquam fructus
radicis illius infecti Adamea culpa; in quo
propterea sensu uomuisse Caluinum dixeram
de Adameo peccato: et ideò nullo modo existi-
maui futurum ut tangeretur probabilis Catho-
licorum, et Sanctorum Doctorum opinio; quia
tamen intelligo meis per inicuriam aliquam ea
protulisse, quae alium sensum alijs habere, et
scandali occasionem contra meam mentem
praebere posse uideantur: Vt humillimam, prom-

ptissimamq.

perpetuamq; meam obedientiam S.mo D. N. testor, et uoluntatem nullum Catholicorum praecipuè Religiosorum laedendi, haec omnibus aperire uolui, et hoc consilio Libellum recudendum censui, demptis ijs omnibus, quae aliquam offensionis occasionem praebere possent. et haec est ratio, Ill.me D.ne cur tibi de nouo exiguum mei ingenij adaperiam specimen, c. duplicem mei erga te habes affectus; vim amoris agnosce. Accipe duplicato ornatum animum iaculo, externa scilicet propensione, et interna sinceritate. Tu fac Ill.me D.ne ut Patronum duplicata virtute, solatio in aduersis, consilio in prosperis praebeas. Interim Deus Opt.s Maximus te quamdiutiunè nobis, et uniuersae Catholicae Ecclesiae saluum, et incolumem conseruet. Vale.

Liber

Liberat Deus ab insidijs P. Commissarium, quem Rex commendat Summo Pontifici, iterq; suum Romam uersus arripit, peruenitq; Fridberg. Cap.

His sic peractis, dum P. Commissarius reditum in Italiam pararet, comparuit quidam Juuenis Cosaccus, quem P. Commissarius Leopoli habitu Ordinis exutum eiecerat tanquam nimis facinorosum cum sacerdoti cuidam manum abscidisset. Iste igitur P. Commissarium urgebat, ut eum Ordini restitueret; quod cum negatum esset, subdidit temerè iratus Cosaccus: Tu mihi aditum ad Religionem praecludis, et ego praecludam tibi reditum in Hispaniam atq; oestro percitus insano euasit. Paucos post dies redditae fuerunt Regi a Cracouiensis Arcis Praefecto litterae, quibus nunciabatur, prope aedes B. Virginis de Sotokouia reperiri aliquot ex ijs Cosacis, qui ex Hungaria reuersi fuerant, viatores omnes illac praetereuntes bonis omnibus spo-

liantes, idem Arcis Praefectus, miserat aliquot milites ad eos comprehendendum. capti aliqui, et examinati, ac supplicijs torti, fassi fuerant se ibi expectasse quendam Hispanum Dominicanorum Commissarium illac transiturum in Hispaniam versus, quo eum expoliarent, ac interficerent, quoniam ipse expoliauerat habitu Ordinis iuuenem quendam Cosacum, qui adhuc ibi ~~manebant ad hunc finem~~ cum aliis erant eum praestolabatur cum alijs socijs: Addebat Arcis Praefectus monendum esse d. P. Commissarium, ne illac iter dirigeret: De his ergo a Rege monitus P. Commissarius, statuit non per minorem Poloniam, sed per maiorem, et Posnania praetereundo in Italiam reuerti. Destinauerat Rex Legatum ad Saxoniae Ducem, Optimatem nomine Vaerem Castellanum Oeconomium Moriemburiensem. Hic Regi suggessit, quod libenter secum duxisset in Saxoniam Dominicanorum Commissarium. Respondit Rex: non displiceret, quod per Saxoniam in Italiam remearet: tum quia tutius illi erit

hoc iter

hoc iter: tum etiam quia vir prudens erat, et Hispanus, bonusq. propterea consiliarius in negocijs Legationis (postulabat enim Poloniæ Rex per Legatum istum a Saxoniæ Duce, ut in ijs Germaniæ perturbationibus pro Cæsare, et Domo Austriaca se declararet) cumq. d. Castellanus hoc D. Commissario renunciasset, eum exorauit, ut secum iret in Saxoniam. Ille considerans illud tutius esse iter, Regisq., cui plurimum debebat, nutum propendens, annuit petitioni d. Castellani, conueneruntq. ut quarto idus Februarij Mairiemburgi essent. Deinde D. Commissarius Regem adiuit, eiq. humillimè egit gratias de singulari protectione qua et sui personam, atq. officium prosequi gratiatus non fuerat. Plura Rex protulit in laudes illius visitationis, quæ Summo Pontifici suis literis testata esse uolebat, ut præstitit sequentibus literis.

Sanctissimo Domino Nostro.

Redit iam ad Vrbem ad Generalem Ordinis sui

Magistrum V. P. fr. Damianus Fonseca, triennali sua Visitatione Religiosorum S. Dominici in uniuersis Regni mei ditionibus, summa cum pietatis, prudentiaeq. laude perfunctus: Redit inquam, re bene, et praeclare gesta, nimirum dissensionibus Religiosorum, quae omnium malorum seminarium faciant, compositis: Monasterijs quamplurimis ad strictiorem Religiosae vitae obseruantiam institutis: et quod omnium caput est, disciplina Regulari in omnibus Poloniae, Russiaeq. Monasterijs restituta: quibus in rebus perficiendis quantum laboris, molestiaeq. perferre: quanto Religionis zelo, animiq. prudentia opus fuerit, facilè S. V. pro sua prudentia intelliget. Ego verò P. R.me facere non possum, quin de viri istius, tantoperè de Religione meriti virtute, prudentiaq. id testimonium perhibeam: ut omninò ea ipsum in hac sua Visitatione consecutum esse existimem; quae quondam ne propria quidem Generalis Ordinis authoritate, Visitationeq. perfici poterant: ut

proinde

proinde tum universo Ordini: tum verò S.ti V.rae debeat esse gratissimus, dignusq. planè, quem S. V. singulari sua gratia complectatur, eiusq. fideli, ac spectata opera ob eximiam eum singulari prudentia coniunctam pietatem in suis, et Ecclesiae causis utatur. Quod quidem ut hac mea commendatione consequatur, intelligatq. hoc nostrum virtutis ipsius testimonium magno sibi adiumento fuisse apud S. V. diligentissimè rogo. S. V. pedes iterum exosculaturus, eiusq. gratiae, et benedictioni me, meaq. regna commendans. Varsaviae.

Dum autem Rex Sigismundus literas hasce tradidit P. Commissario, ita eum humanissimè allocutus est. ~~Ego quibusdam~~ nemine scriberem ad Pontificem istius tenoris literas, in his praesertim temporum circumstantijs, quibus vix illius Nuncium audire volo, eò quod egregium virum Dnum Rangonium mihi carissimum, et valde benemeritum ad mei iteratas preces ad purpuram assumere nolit. Tunc P. Commissarius: excusatam habebit S. tem haud

dubiè V.ra Maiestas, D. Pontificis Nuncium benignè audire grauata non est. meum tamen erit S.mo dum pedes osculabor, ardentissimum M. V. desiderium accuratis uerbis exprimere. et cum egisset gratias de beneficijs, quibus ab Recolonestatus fuerat, dimissus est. Mox ad Reginam introductus ill. quoq. valedixit. Regina accitos omnes suos filios iussit D. Commissarij manus exosculari: deinde ipsa quoq. in beneuolentiæ signum dexteram exosculandam D. Commissario porrexit.
Ille Domum reuersus, reperit P. Valentinum è Societate Jesu, a confessionibus Ser.mæ Reginæ, qui Regium viaticum in Vngaricalibus, ut uocant, nomine uriusq. M.tis pro futuro itinere illi obtulit quod D. Commiss.rius cum gratiarum actione accepit.
Suum iter igitur aggressus D. Commissarius, tertia die decima Februarij Mariemburgum peruenit ubi inuenit prædictum D.num Vaer nouissimo Regis Legatum iam ad iter accinctum, eumq. expectantem, quem ut primum uidit, totus gau-

dio

dio perfusus eum humanissimè excepit, et continuò ad Vxorem introduxit, quæ erat religione Caluinista, et virum in Saxoniam sequutura erat, et post pauca uerba Castellanus dixit D. Commissario, nunquid sibi uideretur de Vxore? Respondit iste: intueri, uideo deformem animam, in formoso corpore (erat enim pulcherrima) cumq. Castellanus dictum ualde celebraret, sollicita fuit mulier, ut sibi vir germano idiomate interpretaretur dictum D. Commissarij. Placuit laudari de corporis elegantia, quamuis animæ turpitudine notaretur. Postea Arcem perlustrarunt, quæ fuerat ex ijs non infima, quas Templarij Equites olim possederunt: aliqua tamen ex parte diruta fuerat a Polonis quando bellum cum Templarijs gesserunt, atq. adhuc in horum militum cella cibaria apparebant vestigia, et foramina bellicarum pilarum a Polonis explosarum. Postera die itineri se commiserunt cum comitatu uiginti supra cen-

tum

tum famulorum, ac equorum circum circiter,
inter quos aderant triginta Cosacki, quos D.nus il-
le pro eius defensione secum ducebat, qui terrori
erant populis, quà pertransibant, uelocissimeq.
currebant cum suis equis absq. frœnis, et solatij
causa galerum in altum projiciebant, in quem
continuò sagittas emittentes et fodiebant, et mul-
tum temporis in aere detinebant. Erat quoq. in eo-
rum Comitatu Magister illius D.nae, Caluinistae
Religionis professor, et quidam Pater è Societate
Jesu, qui auscultabat confessiones Castellani; quae
hic rogauerat, ut una cum P. Commissario nite-
retur trahere uxorem ad Catholicam fidem. Quare
frequenter tàm in itinere, quàm in hospitijs de Re-
ligione sermonem introducebant, et frequenter Cal-
uinista, qui obtuso erat ingenio, saepè confusus
obmutescebat: ita ut D.na illa, interprete viro
omnium quae dicebantur, tàm a P.re Commissario
et Jesuita, quàm à Caluinista, hunc increparet
affirmans ex his alterum esse necessariò uerum,

uel

uel quod Religio Caluinistarum falsa esset, uel quod ipse esset ignorantissimus. Aliquando tandem aperte asseruit: se nolle quidquam credere: non Papistis, quia Parentes sui ab illis auersi erant: nec Caluinistis, quia nesciebant rationem reddere de eorum Religione; quod ratione hui Magistri aspecuit.) Peruenerunt Dersouiam, ab oppido Mariemburgensi tria Polonica milliaria distantem, ubi nocte illa quieuerunt. Inde Skarsou totidem interuallo seiunctam urbem Palatini Pomeraniæ, a quo magnifice excepti fuerunt, et postea ad Tolam, Villam eiusdem Palatini a qua ad quintum lapidem incipit Cassubia Prouincia. Mox se contulerunt ad Oppidum Sconiz, Palatini Kulmensis, quinque milliarium interuallo dissitum, ubi flumen Kredaius diuidit Cassubiam a Pomerania: inde peractis quinq. milliaribus peruenerunt ad Oppidum Palatini Massouiæ Kronow nomine. et quoniam incipiebant iam glacies dissolu-

ibi reliquerunt omnia carpenta, quibus illucusq.
vecti fuerant, Patribus è Societate Jesu, qui ibi
habent collegium et a Curiæ Præfecto omnia
ad iter necessaria parata sunt. Hinc ad Oppi-
dum Slup, Palatini Lanciciensi ubi flumen Drug
Poloniam a Marchia dividit, et inde Wdemberg
Oppidum Ducis Brandeburgensis, distans qua-
tuor milliaria, ubi Pri Commissario assignata
est pro hospitio Domus Caluinistæ Concionato-
toris, quem P. Commissarius interrogauit nùd
omnia illius Oppida Caluinistam religionem
profiterentur? cui ille: ego quidem existimo, q̃
nec ipsi sciant cuiusnam sint religionis. Si
scire libet, eos interroga. et interrogatus qui-
dam ex ijs, qui aderant, ~~cuiusnam esset~~ re-
ligionis, respondit: sum religionis Domini
mei, Ducis nimirum Brandeburgensis. et
rursus interrogatus quam nam profiteretur
religionem Dominus eius Dux, subiunxit:
nescius planè sum. interrogate eum, qui

de

de se ipso reddet rationem. Hac capta occasio=
ne P. Commissarius coepit Praedicanti ostende=
re, quod populus ille saluari non poterat: si=
quidem qui nihil certi credebat, nihil omninò
credebat, eiusq. fides pendens à fide sui Domi=
ni, non erat uera fides, sine qua nemo placere
Deo potest. Contra haec nihil respondere potuit
Caluinista, at in uxorem intuens, ~~quae~~ iuuenem
ingentis speciei, nescio (ait) quomodo vos Pa=
tres ~~à~~ mulieribus abstineatis: nos enim supra
humanas vires existimamus se continere. Cui
P. Commissarius: omnia possum in eo, qui me
confortat. Ibi primum in Hospitijs habere
coeperunt lectisternia more Germanico, ex dua=
bus nimirum culcitris, altera ad decumbendum,
et ad se ~~te~~gendum altera, utraq. ex plumis
confecta, et super eminenti loco aptata. Po=
stea Fridberg oppidum eiusdem Ducis, distans
duo milliaria et inde Landsberg Vrbem Com=
bustam se contulerant, quae ad tertium lapidem

sica est, et flumine Varsa alluitur. ubi aliquot dies quieti uacarunt: nonnullos equos deliquerunt alios emerunt, quo ad iter magis expediti essent.

Introducitur P. Fonseca ad Saxoniæ Ducem; & respondet pro Religione Catholica Doctori Hoe primario Ducis Concionatori. Cap.

Relicta Arce familiari, D. Commissarius, et Castellanus cum toto comitatu Kistrim, quinque passuum millibus seiunctam Lambergh, urbem quidem fortissimam quam circumalluunt flumina Odera, et Varta. nullo habet suburbia, nec agros colit, sed per flumina quicquid ad uiuendum necessarium est apportatur. Ante quàm ad Vrbem perueniatur à latere pontes septem ultra triginta superandi sunt: ex alio latere licet adsit pons unus, est tamen adeo longus, ut habeat nouem portas, omnesq. egregiè munitas. Hinc ~~ad~~ Flansfort ad flumen Oderam, tria milliaria et postea Bestrius ad flumen Sprai quatuor milliaria distantem se contulerunt. ubi moniti haud procul abesse hostes, milites nimirum Rhenici Palatini, siue Bohemorum, extra

uiam declinandum fuit, et per occultos calles
eorum occursum fugiendum Sinhausenum uer-
sus Oppidum eiusdem Ducis duo passuum mil-
lia distans, quod ad Dalmatiam spectat, siue
Sclauones. inde Kotaiw tribus lapidibus seiun-
ctum Oppidum Ducis Sylesiae quod in Dalma-
tia quoq. est. Postea quatuor lapidibus transa-
ctis, peruenerunt Lemsberg primam Vrbem
Ducis Saxoniae. Duxerat secum è Lythuania
ad propulsandum frigus P. Commissarius Vr-
sulum ex ijs, qui mel educunt ex ijs, qui mel
educunt ex fauis ab apibus in nemoribus, et
altissimis arboribus fabricatis, nihil enim
~~aliud~~ opportunius ad fouendos pedes reperierat
sub frigidissimo illo Caelo. Caeterum animal astu-
tissimum, quando in Curru aderant volatilia
(plerumq. aderant) quae ~~a uarijs~~ mortua ibi ser-
uabantur, semper illis accedebat. et quoniam
seorsum collocabatur, quisque quod optimè lo-
cum odorabatur, semper oculos semiclausos in

P.

P. Commissarium conjiciebat, a quo dum non re-
spiciebatur, se quasi somno cadere simulans, ~~et~~
paululum accedebat volatilibus: continuò ca-
put erigens oculum aliquantisper aperiebat, in-
uestigando, num à Domino obseruaretur. toties id
praestabat donec ad carnes perueniens caperet, ac
uoraret, quamuis uiga exciperetur docilis, docta q.
bestiola. Docuerat eam famulus uarios saltus, ac
ludos, indueratq. habitu Germanico. Ad uidendu
igitur hoc animal tanta populi multitudo con-
fluebat, ut simiolum paene obruerent; offerebant
et columbos, et nummos, quò Vrsulum ostende-
rent. Inde Mattdialibus okeant Vrbem d. Du-
cis abierunt ubi in Altari portabili, quod secu
deferebant intus hypocaustum ianuis clausis
propter Haereticorum timorem sacra fecit P.
Commissarius. Hinc profecti sunt Torgam alia
Saxoniae Vrbem ~~ad~~ flumen Helice, sex lapidi-
bus seiunctam, ~~locum quidem~~ ac fortissima Arce
munitam, locum quidem amoenissimum, syl-

uis

uis, et nemoribus circumseptum, qui cum ve=
nationi Ducum reseruatus sit, adeo ceruis,
capris sylvestribus, alijsq. sylvaticis animan=
tibus, ut cateruatim itinerantibus occurrerent
nemo tamen caedere audebat, propter graues
poenas in quas incidissent. Deinde Aiemburg
iterum ad secundum appidem se contulerunt, quae
fluuio Helua alluitur, et hinc ad Oppidum
Jangie nomine, distans tria milliaria peruene=
nerunt, ubi P. Commissarij currus resarcitus
est, Artificesq. pro mercede postularunt, ut sibi
ostenderetur Vitulus. Exinde Lypsiam profecti
sunt Metropolitanam Saxoniae Urbem, et com=
mercio, et Lutheranorum Academia celeberri=
mam: palatijs, templisq. magnificentissimis
exornatam, in quorum claustris habent Luthe=
rani eorum sepulchra, et sacella varijs pi=
cturis exornata, in quibus apparent Pontifices,
et Religiosi omnes in inferis sepulti, cum mitris,
et monacali habitu inter daemones, belluarum

instar

instar depicti. Sollicitj sunt pueri in eruendis eorum oculis, quemadmodum inter Catholicos pueri Dæmonis irasci solent, et sic sugunt cum lacte odium, et auersationem in nostros Ecclesiasticos, ita ut si quis monacali habitu indutus, per Vrbem incederet, lapidibus opprimerent ~~forte~~ putantes esse aliquem ex ijs quos in ipsi Sacellis pictos uiderant inter Dæmones. Vrbis Decemuiri Poloniæ Legatum equis magnificentissime exceperunt, et excepti fuerunt. Inde abierunt, et profecti sunt ad Oppidum, Vaisenfelt nomine ad flumen Zeelon tria distans milliaria quo Saxoniæ Dux obuiam præmiserat nuncium Polono Legato, quem post quam nomine Ducis salutasset, de Commissario Hispaniarum interrogauit, ad quem suam quoq. habuit oratiunculam, significans Ser.^mi^ Ducis Celsitudinem cum desiderio illius aduentum expectare. Perturbatus ad hanc salutationem Commissarius, ~~et~~ aiebat se neq. esse personam publi-

cam, neq. Hispaniarum Commissarium; sed virum priuatum, illacq. pertransire occasione comitatus Dñi Legati, quò tutius esset iter, nullumq. negocium habere in ijs partibus pertractandum. Quicquid sit de istis (addebat Nuncius) quæ ad me non spectant, ego functus sum mea legatione; existimabat namq. quòd D. Commissarius suam commissionem dissimulare uellet; cæterùm ægrè ferebat D. Commissarius, quòd vox ista in Aula Ducis, et Saxoniæ disseminaretur, cum non procul abessent Copiæ Rhenensis Palatini, qui nuper Boemiæ Rex proclamatus, nihil magis exosum habere poterat Hispano nomine, facileq. iter ipsi præcludere poterat, et comprehendere. Verùm discriminibus cum Legato conferebat D. Commissarius, iter nihilominùs sunt prosecuti, peruenerunt q. Hamberg Vrbem distantem tria milliaria, sitam ad flumen Zale ubi reppererunt Saxoniæ Ducem, tribus militum millibus stipatum

qui

qui in foro militari ordine distributi, scloporum boatu salutaverunt Legatum, qui ad Ducem introductus, exporrecta fronte exceptus est. mox admissus D. Commissarius, habitus est ut vir publicus, et Commissarius Hispaniæ Regis. Hic Duci ait: se esse virum privatum, neq. Hispaniæ Regis Commissarium. Tunc Dux At nos Varsavia accepimus, quod Hispaniæ Commissarius adventabat una cum Regio Oratore. injunxit tunc esse: Voluit haud dubiè dicere qui hæc scripsit, quod adventaret cum d.o Oratore quidam Commissarius Hispanus, nec falsa retulit, nam Natione Hispanus est, et Commissarius sui Ordinis Dominicanorum, non autem Regis: ad quod melius suadendum, ostendit Breve Pontificium, et literas testimoniales Regis Poloniæ, quæ id aperte continebant. Subdidit Dux: maneat nihilominùs apud nos, sibiq. caveat, adsunt enim in hac Urbe qui eum observant. Hæc

haud perperam protulis, quia iam ad Palatini aures peruenerat missum fuisse ab Hispaniæ Rege Commissarium ad Saxoniæ Ducem, quò hic esset pro Domo Austriaca: ideircò exploratores miserat ad Ducis Aulam, qui referrent quid tractaret d. Commissarius, eiusq. effigiem mitterent. Magnificè interim tractabantur Orator, et Commissarius cum toto comitatu mensæq. ijdem Ducales Ministri inseruiebant cum assistentia quamplurimorum Optimatũ inter quos semper aderat Doctor, seu Magister, aut Concionator Ducalis Hoe nomine, qui sæpè inter epulas Sermonem de Religione intermiscebat, præsertim aliquando de præsentia reali corporis, et sanguinis Xpi Domini in actu consecrationis multa aiebat, affirmans talem præsentiam realem solùm uerificari in actuali sumptione, prout Lutherus illius Magister docuerat: totq., ac tanta mendacia vir verbosus, et inuerecundus in conspe-

ctu

ctu omnium euomebat, ut coactus fuerit D. Commissarius, ne nostra fides ab ijs Hæreticis magis irrideretur, illius audaciam confundere. Cumq̃ multoties affirmasset, quod solū verbo Dei credendum erat absq̃. glossis, et falsis interpretationibus: verbum namq̃ Dei ita erat perspicuum, et clarum (aiebat) ut nulla interpretatione indigeret, quemadmodum, siquis diceret: duo, et duo sunt quatuor. nulla amplius indiget interpretatione. Tunc D. Commissarius ita locutus fuit: Si verbo Dei, ut iacet, absq̃. aliqua interpretatione credendum est, quare cum Xpus suo proprio ore dicat in consecratione sui corporis, et sanguinis Hoc est corpus meum quare, inquam, non credis ipse absq̃. aliqua interpretatione, dum primò proferuntur dicta verba, iam ibi adesse realiter corpus Xpi; nec expectandam esse ulterius eiusdem corporis sumptionem. Erat ibi præsens ille

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

alius minister Caluinista, de quo superius fecimus mentionem, acerrimus Lutheranorum inimicus, qui in Lutheranum insurgens, aiebat: nunquam verba illa consecrationis de reali praesentia uerificari posse; sed semper intelligenda esse figuratiuè, et repraesentatiuè id est, hoc est, idem hoc repraesentat, uel est, non realiter quidem; sed repraesentatiuè corpus meum, iuxta illud Hoc quotiescunq; feceritis in mei memoriam facietis. Maxima igitur quaestio mota est inter Lutheranum, et Caluinistam circa verborum huiusmod intelligentiam. Gratissimum fuit P. Commissario audire haereticos altercantes, minimeq; conuenientes in intelligentia verborum Consecrationis: ex hac enim illorum contentione sperabat se educturum aliquod efficax argumentationis genus, quod semper Catholicis cum Haereticis disputantibus feliciter successit. Ita eos affari coepit: Iam satis inter uos

de

de hac quæstione actum est. Nunc rogo, ut mi-
hi paululum aures præbeatis. Verbum alter
uult illud Est in consecratione non de præsenti
sed de futuro esse intelligendum: alter uerò
de præsenti intelligit, repræsentatiuè tamen; at
ego scire a uobis expetto quare magis Lutherano,
quàm Caluinistæ fidem præstare debemus? quare
re illud Est intelligetur repræsentatiuè, et non
realiter in sumptione? est clarius: in quod prin-
cipium rogo faciatis ultimam resolutionem ue-
stræ fidei? Vterq. alacriter respondit: in uerbu
ipsum Dei: Verbo enim Dei credendum est. Tunc
P. Commissarius. Verbum Dei apud uos obscurum
non est, sed ita lucidum ut lux meridiana, et ita
clarum, sicut duo, et duo sunt quatuor, ut nuper
asserebatis: lucem namq. meridianam omnes
uident, et de illa alia propositione nemo dubi-
tat; sed uos de uerbis consecrationis quomodo in-
telligenda sint, dubitatis, et maximas quæstiones
mouetis, et ultimam resolutionem uestræ fidei

in rem obscuram, et controuersam facitis: quare enim magis credere debemus uerbum Dei esse quod profert Lutheranus minister, quam Caluinista? Nunc uterq. in hoc conuenit, quod talis ultima fieret determinatio in proprium uniuscuiusq. spiritum: interius enim (aiebat Lutheranus) me illuminat Spiritus Sanctus, et meum cor alloquens, ait: non in consecratione, sed in sumptione est praesentia Realis: imò (subiungebat Caluinista) Spiritus Sanctus me interius alloquitur, illuminat et stimulat quod non realiter, sed figuratiuè uerba illa intelligenda sunt. Ad haec D. Commissarius Vos ergo, o Viri egregij, nobilissimiq. Saxones obnixe, et per uiscera Xpi oro, ut omni postposita passione audiatis quam debili fundamento utraq. uestra fides innitatur ecce contradictoria proferunt Domini isti: alter enim affirmat negat alter; affirmatio autem, et negatio de eodem simul uera esse non possunt, et uterq. contendit Spiritum Sanctum

ita

ita sibi revelare. Ego verò contra vestras propositiones ita argumentor. In re ipsa altera saltem ex istis vestris spiritibus falsa est; sed Spiritus Sanctus non potest falsa dictare, neque falsa revelare: ergò talis non est Spiritus Sanctus, sed Spiritus nequam et mendaciorum Pater. quisnam igitur ex istis duobus Spiritibus, vos interius illuminantibus est verax, et quis mendax? Vnoquoq: in sua opinione tenaciter persistente, ac impugnante se a vero Spiritu illuminari, ex integris P. Commissarius a Comitiis facultatem petijt, ut sibi liceret brevem historiolam enarrare. Erat (inquit) in nostris partibus vir quidam mentis inops, qui eò dementiæ venerat ut cibum capere renueret, nisi persuaderetur a Spiritu Sancto sibi præcipi, ut comederet: dum enim valetudinarius famulus cibum afferebat, statim ille aiebat: non comedam. Tunc famulus: Spiritus Sanctus præcepit, ut comedas. at quo-

modo

modo hoc scis (aiebat Demens). Vidi illum subiungebat famulus sub forma pulcherrimae Columbae. Ipse idem est, applaudebat aegrotus, et comedebat. Altera uice similiter examinabat Valetudinarium famulum utrum audisset Spiritum Sanctum? et respondente isto se uidisse illum in figura linguarum ignitarum, rursus acquieuit, et comedit; sed cum altera die idem persuadere conaretur iste, interrogatus a mente capto num quando eum audisset, aut esset alloquutus, respondit: modo illum audio mihi interius dicentem, quod faciam ut comedas: tunc mente constans ait: quid? ego modo audio Spiritum Sanctum mihi interius alloquentem, ac praecipientem ut cibum nullatenus capiam. Non tibi, sed mihi recte inspirat Spiritus Sanctus (aiebat minister) Mentiris (respondebat ille) modo eum uideo sub columbae specie mihi praecipientem, ut non manducem. et post longam altercationem nunquam

neq.

neq; astantium hortationibus induci potuit ad captandum cibum. Non absimile mihi hodierna hac accidisse videor (subiunxit Commissarius) dum vos ita divisos contemplor. Caeterum ulteriorem consequentiam audire noluit Calvinista et sermonem intercidens ait: et vos Papistae nonne omnes estis divisi; alia namq; est schola Thomistica: alia Scotistica, et alia moderna Jesuitica: Nos autem subiunxit P. Commissarius, nostrarum controversiarum Judicem certum habemus Romanum scilicet Pontificem, in cuius potestate est dissentientes componere, determinando quid sit sentiendum, cuius diffinitioni assentiri tenetur intellectus noster; vos autem nullam talem credendi normam habetis, sed in sua quisq; opinione, quae falsa esse potest pro libidine fidei iacit fundamenta: hinc fit, ut nihil certi, nihil non dubij credere possitis. Nihil ad haec in forma

Responderunt, cum argumentum careat solutione.

Finitis Ludis cum Orator Polonus fauore Lutherani ministri indigeret apud Ducem, qui eius consilia ut plurimum sequebatur, rogauit P. Commissarium, ut sibi Ministrum conciliare uellet. Cogitanti autem P. Commissario qua ratione Haereticum sibi beneuolum redderet, in mentem uenit: eum esse Caluinistarum hostem infensissimum contra quos libros in lucem ediderat. Coepit igitur Caluinistarum errores, in quibus a Lutheranis differebant detestari. Idem fecit Lutheranus, affirmans: se libentius Papistam, quàm Caluinistam fore, multoq; plus Lutheranos a Caluinistis, quàm a Papistis differre; familiariq; colloquio inter eos introducto, aiebat Minister ille: se non esse ualde auersum a Papistis, et Austriacae Domui addictissimum, a qua propterea pin-

quem

quem annuum reditum habebat, et assiduè se Dominum suum Ducem urgere, ut cum Imperator urgeretur, bellum Caluinistis inferret, et, o utinam (subiunxit) modus aliquis inueniretur, ut hic florentissimus Ducatus nobiscum uniretur. Hoc, respondit D. Commissarius indigere Concilio quodam generali, in quem propterea finem congregatū. Tunc ille interrogauit, num per Pontificem licuisset uxorem ducere. Satisfecit D. Commissarius et quidem scio (ait) quod Pontifex indulgeret in ijs omnibus, quæ non sunt de Iure diuino cum pateretur uel Græcos unam ducere uxorē. Quare si Lutherani hoc unum postularent et ab hac gratia penderet debitus Pontifici cultus, et ueneratio uti Xpti Vicario, indultū haud difficilè obtineretur. At quid (addebat ille) de Creditibus Ecclesiasticis, quibus ad præsens fruimur: quid de carnium abstinentia, de quadragesima, et ieiunijs, quæ

quidem capere populus non potest? Ad his
quoq. respondit D. Commissarius, ob tot anima=
rum salutem sub aliquibus condicionibus
absolueremini. Ille tandem subdidit et quid
de vestra auricularia confessione? Apud
nos nullum seruamus arcanum. Unde facile
Poenitentes accusarentur, et mulctarentur ca=
pite. Auricalis confessio ait Commissarius
est de Jure diuino, neq. ulla quoad eam obtine=
ri potest indulgentia, quoniam confessionis
sigillum tale est, ut nunquam possit dissolu=
his multa addidit, quibus Minister nihilo
minus non acquieuit

Cogitur P. Commissarius cœnare cum Saxoniæ Duce, & Comite de Althain, deinde suum iter prosequitur

Cap.

Annunciauit Doctor Noe P. Fonsecæ, quod postera die inuitandus erat ad cœnam a Duce suo Domino, et ualere eum iussit. Cogitabat P. Commissarius quomodo se a cœna illa liberaret: nulla tamen ratione potuit quamuis qui eum nomine Ducis inuitauerat, eidem Duci retulisset eum esse Hispanum, et Religiosum, nec posse propinantibus satisfacere. Stata hora comparuit P. Commissarius, quæ erat prima noctis, et mox cum accersentibus omnes Comitatui, ad mensam Regio ornatu instratam accesserunt. Sedebat ad caput mensæ solus Polonus Legatus. Ad dexteram Saxoniæ Dux, staturæ quidem mediocris, sed non mediocriter pinguis. Ad sinistram Princeps quidam Duci consanguineus, qui ipse quoque erat Sa-

xoniæ

xoniæ Dux, iuxta quem alius consanguineus Princeps, qui quoq: Saxoniæ Dux dicebatur assidebat. deinde locum occupabat D. Commissarius, iuxta quem quidam Abbas Lutheranus, et nonnulli alij Nobiles. ex altera mensæ parte post Ducem sedebat proximè Magnus Cancellarius, et post ipsum alij Optimates. Post quam inter epulas aliquandiu paruis poculis propinatum est, ~~adductum~~ allatum fuit ad Ducem ingens poculum mero plenum, capax ad minus quatuor uini librarum Wielcon appellatum, idest magnum. quod Dux apprehendens, et in pedes se erigens cum Conuiuas omnes oculis circumlustrasset fronte exporrecta pro salute sui Regis Polono Legato propinauit et continuò uno haustu totum ebibit ita ut nec minima quidem Vini guttula in eo remaneret, in cuius signum euerso super ungue pollicis cratere, nihil uini superesse Conuiuis ostendit, qui eam Ducis actionem summoperè celebrauerunt. mox idem præstitit Orator Polonus pro salute

Ducis

Ducis ita eleganter, ut eum omnes egregium, et
nobilissimum virum acclamarent. Paulò post iterum
ad Ducem allatum est idem Welcon quod eodem
modo hausit pro salute Imperatoris, et tertiò
alterum pro salute Legati, prouocans ad compo-
tandum alterum ex iis Saxoniae consanguineis
Ducibus. Dum autem quartò manu detineret
cyathum immensum, siue diotam illam, ante
quam potaret, declarauit: se toto suo conatu
Imperatoris partes propugnaturum aduersus Cal-
uinistas: quod uas statim atq. hausit, arrepto
pastillo ex multis quae in catino apposita fue-
rant, illudq. faci admouens accendit, et sic accen-
sum deglutiuit, fumum, ac flammas euomens
quasi bellica tormenta exploderet. Mox Conuiuae
idem peregerunt, et dum flammas euomerent
alacres proclamabant: Bombardae in Caluinistas
non multò post iterum comparauit Welcon, qd
Dux Dñi Fonsecae propinauit, et ante quã
sederent, aliudue quidpiam facerent, ad D.

Fonsecam

allatum est Wielcon, qui pro reverentia tanto Duci debita illud accepit, et manu tenens multis se excusabat, rogabatq. ut ad alium transiret. Jam Polonum Legatum praevenerat P. ut pro ipso intercederet, ne quidquam insuetum facere cogeretur, utpote qui Hispanus erat, et vir Religiosus. Sed quanto magis iste pro confuso P. Fonseca preces interponebat, tanto magis convivarum, atq. Astantium vox exaudiebatur, clamantium: Bibat, bibat Dnus Hispanus, neq. iniuriam hanc nostro inroget Principi; qui in P. Fonsecam oculos conjiciens, protulit diffinitivam sententiam, inquiens: Bibat Wielcon Dnus Hispanus, bonam enim capacitatem habet. Coactus parere P. Commissarius, quoniam tamen usq. ad coenam biberat, et ideo siti maxime laborabat, utpote qui totam illam diem a cibo, et potu abstinuerat, hos timens canes, dimidium poculi libenter hausit. bibit et aliam partem non aliter ac L. Palmaeum

sumpsisset

sumpsisset. Integro Wielcon exhausto, factoq: solito signo super ungue pollicis, talem sibi omnium gratiam comparauit, ut uniuersi acclamarent Viuat, Viuat Dnus Hispanus, et inter se loquentes, aiebant: Bene se gerit egregius iste Hispanus: uno haustu sicut et nos totum ebibit, et hoc mirum est. Tunc cum satis hoc obsequio Duci esset factum, ad Magnum Cancellarium conuersus, palam ait: Dabis Dno Hispano quicquid necessarium est pro sui itineris securitate. Ibi præsens aderat quidam famulus cum calamo, et libro, in quo solebat annotare nomina et patrias illorum omnium, qui primò Wielcon illud ebibebant: et ad P. Commissarium accedens nomen, et patriam abeo sciscitatus fuit, et honoris gratia in suo libro annotauit. Postera die P. Fonsecæ nunciatum fuit quod Dux, de Vasulo, quem secum duxerat, notitiam habuerat, desiderabatq: illum uidere, qui præcipiens famulo, ut germanico indumento uestitum ad-

duceret ad Ser.^mum Ducem, ac donaret. Ab isto hu=
manissime munus acceptum fuit, iussitq. fa=
mulum cum Ursulo ludere, quo saltationis for=
mam addisceret. Nec mora, praecipiente famu=
lo ludit Ursulus, et gladiolo accinctus, humeris
hasta imposita ad instar hominis, duobus tan=
tum pedibus totam aulam circumambulauit
postea uarijs modis saltauit, et in uarios giros
se circumuoluit ita ut Ducem mirum in mo=
dum recreauerit. Recessit famulus, quem
alius Ducis famulus sequutus est ad P. Com=
missarium, quem sui Principis nomine donauit
annulo aureo cum quinq. adamantibus, et
toreumate aureo ~~tam~~ ualoris X. ungarorum
ubi sculpta erant imago, et insignia illius
Principis, ac ducal. diplomate, ut libere, et
absq. ulla prorsus molestia per uniuersa
suae ditionis loca pertransire, et uersari pos=
set.

Peruenerat tunc temporis ad eandem Urbem

Comes

Comes quidam Alshain . . . . . . qui re-
uertebatur à sua legatione, qua pro Cæsare
functus fuerat apud Poloniæ Regem, vir
quidem egregius, et in negotijs dexterrimus,
cum hoc ergò Commissarius suum iter in
Italiam prosecutus fuit, relicto Poloniæ Lega-
to, Varsauiam proxediem reuersuro. Perue-
nerunt oppidum Ducis Saxoniæ Chana nuncupatum
distans Hamburgo sex milliaria, ubi Iesuite
rani habebant Collegium: inde Salfelem no-
bilem eiusdem Ducis urbem in Thuringia
quarto lapide seiunctam. et inde ad Rai-
uental nobilem Villam eiusdem Ducis, ubi
altissimi sunt montes, et in alterius cacu-
mine sita est Arx munitissima similiter
in Thuringia. Hinc profecti sunt ad Vrbes
Koburg in Saxonia tria milliaria distantes:
postea Zelach Ciuitatem Episcopi Herbipo-
lensis ad fluuium Rotiel distantem duo mil-
liaria, quò cum peruenissent post noctis o-

ram

ram, illas existimantes eos esse Haereticos, atq. hostes; in Urbem recipere nolebant; tandem cum ostendissent duos Patres è Societate Jesu, habitu Societatis indutos, qui Dnum Alshain comitabantur, in urbem introduxerunt, Pater q. Commissarius hospitio exceptus fuit à Parocho Urbis. Hinc ad aliud Ducis Saxoniae oppidum pergerunt nomine Kinsberg. tria milliaria distans ubi necesse fuit P. Commissarij currum relinquere cum P. Bernardo eius Socio, qui rotas resarciret: et ipse ascendit currum Dni Alshain. Postera die eos assecutus est P. Bernardus ad Urbem Hausfort Episcopi Herbipolensis situtam duorum milliariorum intervallo, ad flumen Menum, cuius ibi tanta altitudo est, ut vix fundum reperiatur: inde Haistad pulcherrimum Oppidum Saxoniae in planicie situm, et tria distitum milliaria, ex quo Gelizonem se contulerunt, Urbem Episcopi Herbipolensis distantem duo millia-

ria

cia: Postea Solhaet tribus passuum milli-
bus Seligenstatt, et Kinsberg quatuor: oppida
sita ad fluuium Menum spectantia ad dictum
Episcopum, quemadmodum et Haystad, quod distat
sex millia passuum, et terminatur a Franconia.
Inde Herbipolim se contulerunt Vrbem pulcherri-
mam et nobilissimam eiusdem Episcopi in Fran-
conia, distantem quinque milliaria. Super ostio
picta est mulier quæ Vrbem repræsentat, et
manu ensem, altera baculum stringit cum
Epitaphio exprimente, quod sola Herbipolis utī-
tur ense, et baculo. Vrbs ipsa templis magnifi-
centissimis ornata est. P. Damianus exponē-
ta sponte exceptus fuit a Dominicana fami-
lia, quæ ibi habet non ignobile monasterium
Mansit ibi sex dies sumptibus Episcopi, qui sibi,
famulis, atq. equis necessaria queq. ministrauit
imò P. Damianum accepit cum suo curru, in-
uitans ad prandium, qui ne tanta abuteretur hu-
manitate inuitationem non recusauit. Vt

eum uidit Episcopus frontem exporrexit, et inter cætera affirmauit se domi habere plus uini quā aquæ, quamquam adesset cisterna satis ampla et putei: illius namq; cella uinaria, quam uidit D. Fonseca tam uasta est, totq; ingentibus dolijs, et tinis refecta est, ut sine hyperboli aliqua uerum affirmares dictum Episcopi. ex eo uino, quod in diuersas partes asportatur et caro pretio uenditur, educit episcopus magnā partem redituum sui Episcopatus, qui ditissimus est. Causa autem cur tanto uino abundet Episcopatus ille (licet cælum illud sit frigidissimum ita ut perplura circum milliaria nullæ reperiantur uineæ) est quod propè Vrbem extant quidam colles leniter accliues, qui per aliquot milliaria se protendunt ad meridiem pertinentes ita ut a Septentrione, alijsq; uentis qui uuis nocent sint omninò tuti, qui propterea pulcherrimis uineis exculti, multas uuas producunt, quæ deinde

et cultura, et situs dispositione maturescunt. Aliud quoq. protulit idem Episcopus, quod admirationem fecit, illius nempe iurisdictionem tantum protendi, ut Erbipol. Venetias itum una noctem ad alterius domum divertendum esset totum enim illum tractum occupabant Abbatie spectantes ad Bambergensem, et Erbipolensem Episcopatus, quos obtinebat, in cuius rei signum produxit varios fructus tam terrestres, quam maritimos, pisces nimirum, quos ab ense nominant, conchas, et similes ita recentes, ac si die illa forent ~~expiscati~~ ab Agente enim suo, seu Oeconomo mari proximo ad proximam Abbatiam per famulum mittebantur, cuius Oeconomus tenebatur continuo per alium famulum ad aliam proximam Abbatiam transmittere, et sic singul. Oeconomi efficiebant, donec ~~in~~ Erbipolim ad Episcopi manus pervenirent; et sic brevi temporis intervallo quicquid exoptabat Vene-

tijs

tijs afferebatur. Habet praeterea Episcopus egregium Palatium, ad quod uiam facit pons pulcherrimus, qui fortissima, et munitissima arce cum custodia militum, ac tormentis bellicis custoditur. Incrat autem ill. talis cum felibus antipathia, ut eos intueri minimè posset. Accidit ut dum apud Pontificem legatione fungeretur pro Rege Germanica, et a Dominicana familia Monenalia domus lauto conuiuio exceptus dum omnes prandetent ipse a cibo abstinens clamare coepit En uideo hostem: adest meus hostis. tota familia ad hanc uocem commota, ~~quaerebat~~ inuestigabat quisnam esset hostis Dni Legati, et ubinam? tunc quidam famulus asseruit esse felem illum, qui tunc in cibariam aulam ingressus fuerat, et eo foras eiecto ad se reuersus Orator cibum iterum capere coepit.

Discessurus Fr. Damianus directus fuit ab Episcopo ad suum oppidum, tria passuum millia distans, nomine Hersikauia, ubi ab cuiusdam

Abbatia

Abbatiæ œconomo excepti fuerunt, et laute tractati: inde se contulerunt Roth oppidum pertinens ad Norimburgensem Urbem, situm ad flumen . . . ad quartum lapidem: Postea Plansperk oppidum D. Episcopi duo milliaria distans: unde Heling Urbem Ordinis militum XII, quorum Præfectus, seu magister Norimbergæ residet, quæ distat tria milliaria. Cum ~~per~~ passus mille processissent pervenerunt Vaisemberg Urbem Marchionis cuiusdam Catholicæ fidei hostis: quare extra Urbis mœnia iter deflexerunt, ne se hostibus manifestarent. habet autem fortissimam arcem supereminenti loco. Deinde Aiestadium profectus est, Urbem montibus circumseptam, cuius Dominus est Aiestadiensis Episcopus. Distat a Vaisembergensi Urbe quatuor milliaria, ubi Fr. Damianus fuit humanissime exceptus a Fratribus sui Ordinis, qui ibi habent monasterium

et ab Episcopo ad prandium inuitatus. Deinde
Ingolstadium processere Vrbem Ducis Bauar-
iæ ad ripam Danuby, distantem tria mil-
liaria, cuius dimidiam pænè partem occupant
Patres è Societate Jesu: nàm Collegium habent
amplissimum, et domum professam, ut uocant,
capacissimam: habent præterea Seminarium,
quod Vastissimum est. P. Fonseca diem festu
Annunciationis B. Virginis Ingolstadij se-
tenuit, humaniter tractatus à tota Domini-
cana familia, cui magnam partem suorum
operum P. [illegible] ei præsentauit. Postera
luce abiere, et quatuor milliaria progressi peruene-
runt Srobenshausen oppidum eiusdem Ducis.
Occurrerunt milites tympana pulsantes, qui
Dnum Albhain per plurimum spaty extra
Vrbem comitati sunt. cum duo lapides præ-
teriissent peruenerunt Aroan, [et inde Fridberg] ubi milites
idem præstitere

Euersione currus contusa tybia se Augustam recipit, & ad Vrbem peruentus Magistro Ordinis se præsentat

Cap.

Dimissis avibus Friedburgo profectus est P. Damianus
ob Aurigæ negligentiam eversus est, et illius tybia a rota oppressa; et licet sæpè clamaret ad eos, qui accurrerant, ut tybiam subtraherent antequàm erigerent currum: quia tamen latinè, et Italicè loquebatur, et nemo illum intelligebat, dum currum erigerent, ossa cruris adeo contuserunt, ut per multum viæ a famulis apportari necesse fuerit, et vix currum potuit ascendere. Recta Augustam Urbem Cæsaream mille passus distantem divertit, quem Dominicana familia amicè hospitatus est, et diligentissimè a Chirurgi curassent. Præterea a Sanctimonialibus

eiusdem Ordinis, quae in ea Urbe magnificu
habent monasterium, tam sibi, quam famulis
necessarijs prouidum fuit, prout facere solent
cum ijs Dominicanis illac transeuntibus, qui
alicuius sunt auctoritatis. Post aliquot dies
curationis poenè sanitati restitutus, per Urbe
egressus est. Vidit admirabile horologium
tanta cum industria elaboratum, ut omnium
Planetarum motum repraesentaret, inducc-
ret solis, ac lunae eclypsim, constellationes
siderum aspectus, et Zodiaci motum. Parum
~~...~~ molis compendium coelestes orbes emu-
labatur, uel ipsis horarum quadrantibus diuer-
sos auium cantus, et dulcem musicorum Instru-
mentorum harmoniam praemittebat: iam orga-
num, iam sonora instrumenta dixisses pul-
sari ab excellenti musico, tam composite, ta
ordinate personabant. Dum instaret hora, an-
tequàm pulsaret, vidisses Imperatorem corona-
ri, cum ea ferme solemnitate, ac pompa, qua

coronari

coronari solet. Postea ductus fuit ad turrim, quæ toti Urbi præeminebat, in cuius summitate erat depositum amplissimum aquarum omnium, quæ Urbi usui erant, ad tam excelsum locum elatarum per catenas ferreas, aquæductus et alia instrumenta mirabili arte confecta ita ut exinde commodè ad quemcunque alium Urbis locum, quantumuis altum deriuari posset. Ductus deinde ad Urbis armamentarium est, quod omni armorum genere ita refertum est, eaque arte disposita, ut breuissimo temporis interuallo tota Ciuitas capere arma posset. Alia tandem uidit admiratione digna, præcipuè horologia, et uasa argentea mirè elaborata, quæ longum esset recensere. Suum iter prosecuturo, superandi erant montes, per quos uiæ erant tam angustæ, ut uix unius currus capaces sint, ita ut iter facienti præmittendus sit famulus, qui currus aduenientes, quà uia magis patet, detineat, cum sæpè accidat, ut currus occurrant, et cum

neuter velit retrogredi, et progredi non pos-
sit, rixæ oriuntur, et quæstiones: propterea
ut D. Commissarius quantum poterat huius-
modi discrimina effugeret, curriculum sibi
parari iussit, qui duos tantum caperet, se vi-
delicet, ac socium. Itineri ergo se commise-
runt Landzberg versus, Vrbem Ducis Ba-
variæ, distantem quatuor milliaria, ubi
extra Vrbem pernoctaverunt. inde Schonam
profecti oppidum præd. Ducis, distans tria
passuum millia, ubi montes coeperunt ascende-
re. tria milliaria progressi pervenerunt ad
villam Ducis Bavariæ, Solem nomine, sita
inter montes, ubi iterum hyemem experiri
coeperunt. Exinde ad secundum lapidem Heibal,
et ad quintum Mitual. alias villas eiusdem Ducis
reperierunt; inde profecti sunt
Vrbem quatuor milliaria distantem, ad flu-
men Danubium sitam inter altissimos mon-
tes, ubi Patres è Societate Jesu amplissimum
habent

habent Collegium, ex quo Austriacae Princi-
pes, quae in nobilissimo illius Urbis monaste-
rio educantur, suos Patres spirituales accepi-
unt, quae postea Imperatori, ac Regibus nup-
tae, mirum in modum Societatem extulerunt,
et quotidie extollunt. Inde profectus est
Czerle oppidum Archiducis Leopoldi, nec pro-
cul ab eo est Arx in cacumine montis pre-
alti sitam, ex qua iste Archidux commo-
dissime videre potest omnes suos Venatores,
dum feras, quarum ibi infinita multitu-
do est, persequuntur. Ad secundum lapi-
dem invenerunt inter montes villam eius-
dem Archiducis, et aliam ad quintum, itidem
inter montes altissimos. Inde se contulit Ke-
ierin oppidum Imperatoris inter montes
inaccessibiles duo distans milliaria. Postea
cum Prixin pervenisset, villam Episcopi
Prixinensis, occurrit Asinus, ad cuius con-
spectum Equus Moscouita, qui nunquam

similia animantia viderat, cum in Polonia, Moscovia, et magna parte Germaniæ non reperiantur, perterritus, ita præceps fugæ se dedit, ut inter illas altissimas rupes, montesq. inaccessos currum extra viam traxerit; prosilierunt illicò D. Commissarius, et socius, dum equus præceps in flumen curreret, in quod ruisset, ni quercum offendisset, quæ currum disrupit, ciodas fregit, et Aurigam consternauit. D. Commissarius pedibus progressus est Clausem usq. Villam eiusdem Episcopi distitam duo milliaria, nec procul in altissimo Monte Arx est eiusdem, ex qua misit fabros lignarios, qui currum, quomodocumq. restaurarent, ducerentq. Balsan usq. Vrbem Cæsaream quò ille se contulit, ubi a Dominicana familia humaniter exceptus, biduum mansit, donec currus renouatus fuerit. Abundat Balsan optimis vinis, quæ per totam Germaniam approbantur. Abundat quoq.

frugibus

Rugibus, in eo enim situ est, ut non solum ra-
dijs: uerum etiam et reflexo solari per plures
horas diei gaudeat. Monasterium Dominica-
ni Ordinis olim ad Insubriam spectabat, sed
non multos ante annos ei renunciauit.
Inde sese Tridentum contulit urbem quidem
illustrem propter habitum ibi Concilium
Tridentinum, ubi est Dominicanus Conuentus
spectans ad Prouinciam Insubriam, a quo fu-
it humaniter receptus. cum lustrasset Cathe-
drale templum, ubi habitum fuit Concilium
ualde miratus est, quod nullum adesset monu-
mentum tam insignis oecumenici Concilij.
Vidit tantum organum, cui nullum simile
reperisset in Europa, quo praestantissimus
Artifex capite damnatus uitam redeme-
rat. habet magnum flumen, et egregium pon-
tem, per quod itur ad Dominicanum Mo-
nasterium. et quoniam Urbs ad Italiae con-
finia sita est, illius Ciues Italicam, ac Ger-

manicam

manicam linguam callent. Inde ad Preti-
nium Villam Archiducis Leopoldi se contu-
lit quam ab Urbe seiungit secundus lapis.
Cum processisset ad tertium milliare subijt
Bargum, et ad sextum Primum Villas di
Archiducis, ubi reperit suam supellectilem
quæ a quodam Caupone asservabatur, qui
P. Fonsecam humaniter excepit, pelleg. Ve-
stia donavit.
Inde cum processisset ad quartum lapidem
pervenit ad Urbem Bassiana Venetæ di-
tionis. Visus est in Paradisum pervenisse, cum
illuc terminasset longissimum, molestissimumq.
montium iter. Postea Patavium Urbem di-
stantem quatuor germanica milliaria se con-
tulit, Urbem inquam amplissimam civium
exhaustam, et depopulatam existimares, nam
Veneti optimates Patavina bona occuparunt.
Viget tamen antiquissima Academia, quæ
inter illustriores Italiæ numeratur. Extant

in

in hac Urbe duo insignia monasteria, sese
ad invicem quodammodo respicientia, sanctæ
nimirum Justinæ Monachorum Divi Bene-
dicti, inter ditissima totius Ordinis ditissimum,
et S. Antonij Ulyssipponensis, cuius corpus
in Arca elegantis structuræ asservatur, qui
divus vulgo vocatur per antonomasiam Il
Santo. Tres dies Patavij sese tenuit D.
Damianus in monasterio, quod quanquam
a Divo Augustino nomen accipiat, a Do-
minicana tamen familia colitur. Inde
Rubigum Oppidum eorundem Venetorum
distans ~~viginti~~ quinque, et viginti passuum
millia, ubi noctem hospitatus ~~sese~~ se contulit,
et exinde Ferrariam Pontificis Urbem am-
plissimam, viginti lapidibus seiunctam ubi
per diem moratus est in Ordinis monasterio.
Urbem lustravit, viditque fortissimam Ar-
cem a Paulo V. Pontifice tunc maximo
ædificatam, et optime custoditam. Postea

die ad Pecium, villam Pontificiam profectus est quam decimus lapis seiungit. ibi diem Veneris, quem sanctum vocant, moratus est. Consequenti die Felsinam se contulerunt, distantem viginti milliaria inter præcipuas Pontificis Urbes, tum propter nobilissimam, et antiquissimam Academiam, unde adagium Bononia docet, tum propter commodissimas Civium habitationes tam intus, quam extra Urbem: tum propter Serici, aliarumque mercium mercaturam: tum propter rerum omnium annonam, ita ut merito vulgo circumferatur Bologna la grassa, tum propter amplitudinem Monasteriorum, et templorum: tum denique, ut cetera omittam, quod ex omnibus mundi partibus Romam petituris illac transeundum est, præsertim qui curru vehuntur. Mansit ibi Paschalibus Fr. Damianus in Monasterio S. Dominici, inter omnes Dominicani Ordinis quatquinario tum propter fabricæ amplitudinem,

familiæ

familiæ multitudinem, ubi solum Insubriæ Universitas est; tum etiam, quoniam ibi Diui Dominici corpus asseruatur in quadam Area elegantis structuræ, cuius caput omnibus uidendum, atq. adorandum proponitur. Primo Paschatis die adiuit P. Mrum Rodulphium in Diui Petronij templo concionantem, a quo ad prandium retentus est: die tertia inuitatus fuit ad prandium, ac Cœnam a Cardinali Cappónio, tunc Felsinæ Legato, ubi noctem illam exegit. Postera luce Imolam profectus est, distantem uiginti milliaria, et noctem illam hospitatus est in Monasterio Diui Dominici. inde Fauentiam se contulit, decem milliariorum dimcam interuallo, et in magnifico Diui Dominici Monasterio pernoctauit. Postea Cesenam peruenit, Vrbem distantem passuum millia uiginti, diuertitq. ad Dominicanas ædes, ubi noctem illam quieuit. Exinde Ariminum totidem passuum millia distantem progressus est ubi mansit biduum, uiditq. loca a Diuo Anto-

nio

nio Ulysipponensi sanctificata, in quorum altero piscibus concionatus fuit, quando Haeretici verbum Dei audire recusarunt. in altero vero ex pacto cum Haereticis inito, hinc S.mum Eucharistiae Sacramentum: ~~inde pabulum~~ adorandum proposuerunt, inde pabulum exhibuerunt iumento, triduano ieiunio paene consumpto, quod relicto pabulo poplites in terram flexit, sanctificatorem adoravit. Postea Pisaurum urbem pulchellam tunc Ducum Urbini, septem circa viginti milliaria distantem, elegantibus Palatijs foroq. pulcherrimo ornatam. Eminent circa colliculi, et amoenitate, et fertilitate praestantes; magnifica hinc inde aedificia virentes locos suaviter prospectum terminant, qualis collis, quem vocant della Vedetta, seu nobilare deliciae quondam Urbini Ducum. Inde Fanum fortunae, postea Senogalliam, ~~viginti~~ milliaria quindecim distantem, tertio Anconam viginti profectus est. ibi noctem pernoctavit

in

in Dominicanis ædibus. Postera luce ad Laure-
tanam domum passuum millia quindecim se-
iunctam profectus est. In summo Sanctuario
sacra fecit P. Damianus in gratiarum actio-
nem sacratissimæ Deiparæ (quam omnium
suarum actionum, totiusq. itineris Protectricem
elegerat) per cuius intercessionem tot tantisq.
periculis defunctus incolumis in Italiam redie-
rat. Inde Recinetinum quinque milliaria
distantem se contulit, cuius Episcopus, Cardina-
lis nimirum Salaminus eum benignissime ex-
cepit; audiensq. ad quam redigisset obseruan-
tiam illas Septentrionis Prouincias, ait inter
alia: P. V. fortius se gessit, quàm Carolus in
Gallia. Biduum ibi mansit in Monasterio
Dominicani Ordinis. Inde Maceratam iuit, Vrbe
distantem decem milliaria, ubi cum adsit Vica-
riatus Ordinis, ad Conuentum diuertit: postea
Belfortium, distans quindecim milliaria: vbi
cum paruulum sit Monasterium ad diuersoriu

se

se contulit. Ad oppidum Sacauallem gradum fecit, uiginti passuum millibus distitam, Villa Pontificis ubi diuertit ad Cappzonem. Postea Fulginium, quindecim milliaria, et inde Spoletum uiginti distantem se contulit, ubi clauum, quo Mundi Seruator crucifixus est, adorauit. Postea Narnium, septem ultra uiginti milliariorum spacio distitum progressus est, ubi a Dominicana familia exceptus est. Hinc ad Bergustum Pontificis Villam, quindecim milliaria distantem se contulit, et ad diuersorium se recepit. Hinc per aliquot milliaria pedibus incedendum fuit cum equus moscouita defecisset. cum per decem millia passuum processisset, ad Lignanum Burghesiæ Domus Villam peruenit, vbi aliquantulum refectus ad Castrum nouum processit, quo translato, cum proximum montem ascendisset, inde primum prospexit sudaltam molem templi Apostolorum Principis: tandem ad Vrbem peruenit, et recta Dominicanas ædes, quæ

a

a Minerva nomen acceperunt, petijt; et Magistro Ordinis Fr. Seraphino Siceo, arundini innixum, et claudicantem, ob male affectam tybiam, benedictionem accepturum se praesentavit. Mag. Ordinis ut primum P. Fonsecam vidit, utinam (inquit) nunquam è Polonia discessisset! me a maximo onere cum maximo Ordinis augumento liberasset! Respondit ille, se non nisi obtenta venia, peractisq. ijs omnibus, quae ab ipso mandata fuerant, Poloniam reliquisse. Subdidit iste: verum est. paci restituit perturbatissimam illam Provinciam, et in eo mirabilia fecit, quia verbis suis monstra placavit. multa alia protulit in laudem suae Visitationis.

Paulo V. Regias litteras reddit, auguratq. purpuram Roberto Vbaldino, qui illum in suũ Theologum assumit, & Card.lis Campora a Pontificatu excluso, Cardinalem Ludouisium promouet. Cap.

Introducitur ad Pontificem, eiusq. pedes exosculatus reddidit a Poloniæ Rege litteras, et munera, quibus a nonnullis Principibus donatus fuerat ostendit, ac obtulit. Pontifex lectis litteris frontem exporrexit, eumq. ita allocutus est. In fractione panis dignoscuntur viri egregij. nos hucusq. non plenam notitiam V. R. habuimus. et quoniam ad præsens qualis sit non ignoramus, non discedat ex Vrbe, et pro nostra incolumitate Deum exoret. eius namq. opera utemur. Mox Fr. Damianus singula munera seorsũ recognouit, quorum occasione multa de ijs oris septentrionalibus S.mo retulit, et præsertim disputationem quam habuerat cum Do-

ctore Hoe, Ducis Saxoniæ ministro. Pontifex li-
benter quæ a P. Fonseca referebantur, auscultabat,
et cum egisset gratias de muneribus sibi oblatis
promisit se quamprimum ijs litteris responsum
daturum. Mox P. Damianus petita venia, ut li-
ceret inter de se benemeritos munera illa distri-
buere, se dimisit, et continuo ad Cardinalem
Burghesium, quem iam pridem in suum Pa-
tronum elegerat, cui pleraq. dono dedit.
Post hæc Matrem, ac fratres Dni Ruberti Ubal-
dini tunc temporis Nuncij Apostolici apud
Xpianissimum Regem, sibi valde familiaris
~~conved~~ adiens, eis primus nunciavit, quod post
post horam, seu alteram Dnus Rubertus in ~~eid~~
Purpuratorum coetum assumendus erat, quod
illi prorsus ignorabant, et P. Fonseca ita retti-
ulerat. Contulerat se die illa Consistorio de-
stinata de mane ad Dnum Franciscum de
Castro Catholici Regis Legatum, ex quo sci-
scitatus, num sciret, utrum mane illo crea-

rentur

crearentur Cardinales, et inter eos extaret Vbaldinus Nuncius apud Regem Xpianissimum! id accepit responsi. Die Sabbathi dum essem ad S.mum idem exploraui. S.mus inter coetera ait: nihil a se eousq. determinatum: quare res est in ancipiti. id tamen certum est, quod si fiat promotio inter coeteros aderit Vbaldinus nuncius apud Galliæ Regem, nam cum eadem die nomine Catholicæ Maiestatis eundem commendassem S.ti Suæ Ill. non modo grauis non accidit hæc intercessio (ut solet contingere, cum Pontifices suas uelint creaturas a nemine defendere) imo iucundam Regiq. nunciare iussit, quod commendatio illa foret cordi, et in proxima promotione illum ad Purpuratorum coetum assumpturum. Dum de his disererent, comparuit famulus, qui ab Oratore missus fuerat ad Palatium montis Quirinalis exploratum, num eo mane crearentur Cardinales, cum instructione, quod recta in culinam se intruderet, penetraretq. num

in

in remotiori culina prandium coqueretur: hoc
etenim signum fore manifestum, aiebat, pro-
motionis, cum in more positum esset, ut Car-
dinales in die hac exaltationis ad prandium
inuitarentur à Pontificis Nepote; et ne secre-
tum hoc penetraretur, prandium hoc praepa-
rari solitum in reconditis culinis. Subdidit
modo secretum hoc aperiemus, famulumque
interrogauit quidnam egisset in Palatio?
qui respondit: Vix culinam subieram, cum
Coqui sibilis, iurgijs, et uerbulis me foras
eiecerunt, et abi (aiebant) abi Hispane explo-
rator: non creantur hodiemane Cardinales.
tunc ego metu perterritus, et confusus eram,
et per atrium ambulans uidi binos aquae Vu-
ctores cum suis mulis è culina egredi. occur-
ri ac sciscitatus unde uenirent, quò tenderent.
Illi secreti ignari, ingenuè dixerunt se esse Pa-
latij Lixas, qui aquam ad Culinam de more
apportarant. Rursus interrogaui quantam

diebus

diebus singulis asportarent? Responderunt quandoque plus, quandoque minus pro temporum diuersitate. et hodiemane quatuor itinera fecimus plus solito, afferimus namque aquam pro Cemositi coquina. Hoc audito, conclusit Legatus: Absque dubio creantur hodiemane Cardinales, Vraque Lem adire poterit Dnam Lucretiam (ita uocabatur Parens Aelici Nunej Vbaldini:) eique meo nomine nunciare, quod hodiemane Dnus Nuncius eius filius promouebitur ad purpuram. et continuò decesso Tabellario literas ad Hispaniae Regem cepit scribere. P. Fonseca interim exultabundus ad Domum Dnae Lucretiae aduolauit, quam cum Dno Vbaldino eius filio reperiens, sciscitatus est numquid noui haberet? nihil, ipsa respondit. Addidit P. Fonseca: audio, quod hodiemane in Concistorio creandi sunt Cardinales. mea nihil interest, inquit illa, siquidem Dnus Nuncius Galliae non promouetur. At quis e uobis affirmauit

manauit

mavit, subiunxit D. Fonseca: id ratio ipsa suadet, respondit illa, nam si verum esset quod D.V. inferre vult, aliquid è Palatio subodoratem. silentium hac in parte pro exclusione reputatur. et ego (addidit D. Fonseca) eius filij purpura annunciaturus accedo: imò pro comperto habeat non excessuram horam, quin eius filius inter Purpuratos adscribatur, et mox singillatim enarrauit quod ei contigerat cum Hispaniæ Legato, qui de tanta filij sui dignitate per eum gratulabatur. Dña Lucretia satis credere non poterat quæ a D. Fonseca referebantur. putabatq. eius fabulam quandam, præsertim cum Consistorium protraheretur, nullusq. nuncius compareret è Palatio; insultabat ergò in D. Fonsecam, et suum Aquæductorem, quando ex inopinato expalluit ~~Dña~~ ita ut qui aderant defecisse putarint; et interrogata quid nam haberet, respondit: audio clamorem ex platea: cumq. omnes attentè auscultarent nunquid voces

ille sibi uellent, distinctè audierunt. Vbaldinum promotum fuisse ad purpuram. Tunc iussit Dña Lucretia neminem moueri; affirmans certum nuncium è Palatio expectandum, eo saepè contigisset ut uoces huiusmodi euanescerent. Mox accurrit famulus cuiusdam Cardinalis qui è monte Quirinali ad Sanctum Petrum caeteris omnibus praeuenerat, quò strenam reportaret. et promissa fuit dummodo ita se res haberet, quemadmodum obtinuit ad aduentum Aulici Cardinalis Burghesij qui missus fuerat gratulatum Dñae Lucretiae de filij assumptione ad purpuram. Quae omnia ipsa exinde ad filium scripsit, decreuitq. ex tunc illi in Theologum dare P. Fonsecam. qui Cardinalem, quum primum in Vrbem remeauit, adijt ueneratusq. est. Ille, qui non mediocri flagrabat desiderio agnoscendi d. Patrem tum propter nuper enarrata, tum propter crebras litteras, quas ab ipso è Polonia

acceperat

accesserat: tum denique propter relationem habitam a matre ac fratribus, et præsertim a D.no Diotallevio apud Poloniæ Regem Nuncio, eu statim adamare cœpit, dixitq. se eum exoptare pro Theologo, et domestico familiari. et exinde in posterum cœpit domum Cardinalis familiariter frequentare, a quo ad privata colloquia admittebatur, quanquàm in ædibus Dominicanis commoraretur.

Paulò post ultimam Cardinalium promotionem, qua assumptus fuit ad purpuram inter cæteros Pignatellus, ex hac vita discessit Paulus Papa V., et (ut ferebatur) ex doloribus non quos parturiens habuerat; sed quos post parturitionem ultimæ promotionis sustinuerat; nam, ut dicere solebat Cardinalis Bellarminius, Paulus V. non ante, sed post partum parturientis dolores patiebatur: ita enim damnata fuit in Urbe, et Orbe promotio Cardinalis Pignatelli; ut Regis Galliæ Legatus Marchio

de Couré, qui non potuerat purpuram precibus Xmi Regis pro nobilissimo Gallo obtinere, in prima audientia Pontifici egisset gratias nomine sui Regis eò quod non creasset Cardinalem a Xmo nominatum: dedecebat enim tantum virum et a tanto Rege commendatum, sordido (ut aie-bat) Pignattello equiparari. Et cum aliquando Cardinales equitando Smum comitarentur, et Cardlis Pignattellus comes eret Cardinal: Sabaudiæ, sed paululum retrò sequeretur, ita ut iste solus incederet, ad eundem Pignattellum conversus ait: num vestra ista mula meæ equiparari verecundatur. His, et alijs similibus iaculis transfixo Pontifici, succumbere necesse fuit. Cupiebat Cardinalis Burghesius successorem eligere Cardinalem Campoream: in quem prium viuente Pontifice, eoq. demortuo ita insudauit ut uix non integrum Cardinalium Collegium, omnesq. Principes ad eum promouendum conspirasse uiderentur. Unus Sesse aperto mar-

te

se opposuit Cardinalis Vbaldinus (quem postea
Cardinalis Vrsinus secutus est) qui uel ipso
uiuente Pontifice Cardinali Burghesio per
Cardinalem Capponium significauerat, se nun-
quam assensurum electioni Cardinalis Campore.
Cardinalibus subituris Conclaue, cum Vbaldinus
minus commoda uteretur ualetudine
~~male affectus iaceret in lecto~~, misit D. Fonseca
ad Diui Petri templum, ubi iam Cardinales
ultimam peragebant ceremoniam, mox ingres-
suri in Conclaue, et D. Fonseca cognouit ab in-
timis familiaribus aliquot Cardinalium, iam in-
ter eos stabilitum esse ut quum primum subirent
Conclaue, et ante quàm clauderetur, Cardinalis
Campora in Sacello Sixti positus adorandus foret.
D. Fonseca hoc audito, dum Purpurati proces-
sionaliter peterent Conclaue domum reuer-
sus est, retulitq. Cardinali Vbaldino quae au-
dierat, qui illico prosiliit è lecto, et abiturus
D. Fonseca ait: Oret pro me D. V., eo namq.
luctaturus cum Leonibus, deliberatus, L. hinc

Rogus apponatur, inde proponatur adorandus Car-
dinalis Campora, me potius in flammas proij-
cere, quàm illum adorare. Quo dicto euasit
peruenitq. ad Conclaue, dum penè omnes Car-
dinales ingressi fuerant, reperiensq. uanum
non fuisse rumorem sparsum, in omne latus
se uertere cepit, proclamans: Sicciné res agi-
tur! ante clausuram conclauis, ac coram Re-
gum, et Principum Legatis, ante Spiritus San-
cti inuocationem, missæ celebrationem, atq. clan-
destiné Pontifex adorandus est? et talis Pon-
tifex, qui Ecclesiæ potius destructor, quàm
Pastor futurus est! Absit profectò ut tam pes-
simum exemplum Posteris relinquamus. Ex
alia parte Cardinalis Vrsinus illi aggregatus si-
militer uociferabatur, breuiq. plures alios Car-
dinales, Seniores præsertim in suam traxerunt
sententiam, quot suffecerint ad excludendu
Camporam a Pontificatu. Totam ergò noctè
illam sese circumuoluentes per Conclaue ita

strenue

strenuè se gesserunt, ut exclusionem Camporae
ratam, ac firmam reddiderint. Cum autem
Cardinalis Burghesius in Cardinalem Vbal-
dinum, qui suum negociatum euerterat, inci-
disset, eum increpauit, vocauitq. beneficiorum
immemorem, quippe qui omnem suam digni-
tatem, et purpuram ipsam a Burghesia domo
obtinuisset. Cui Card. Vbaldinus pileolum ru-
brum manu tenens, respondit: Hoc Deo
primum, deinde Vrae Illmae Dnationi in ac-
ceptis refero, quibus propterea aeternas habe-
bo gratias, debito tamen ordine, hoc est Deo
primum, cuius lex, cuius honos, et gloria
me detinent, ne Cardinalem Camporam pro-
moueam ad Pontificatum, quo excluso, cui
non liceat per conscientiam hunc eligere,
scire nolo quem promoueat Vra Illma Do-
minatio; sed auribus obturatis (utramq. au-
rem digitis obturans) pro eo feram suffra-
gium, viresq. meas impendam, quem ipsa

proposuerit. Hac igitur stabilita exclusione Cardinalis Capponius è Cubil: surgens, in quo aliquantulum decumbebat, adiuit Cardinalem Burghesium, quem demulcens obtulit suum ac Ubaldini suffragium pro quo mallet; et post varios discursus, dexterrimumq. negociatum, suaserunt, ut assentiretur Ludovisio, quem ipsi primo loco Pontificem exoptabant: et cum id bene cessisset Ludovisius cum summo omnium plausu ad Pontificatum euectus est.

Amatur P. Fonseca a Card. Vbaldino, qui in primum Consiliarium noui Pont.^{is} eligitur, & admirabili stratagemmate Romam deserere, & Legationem Bononiae postulare cogitur. Cap.

Solebat Cardinalis Vbaldinus uocare P. Fonsecam Virum omnium horarum, quo propterea diu, noctuq. familiarissimè utebatur, atq. aegrè ferebat, quod ad Monasterium reuerteretur: quapropter eum in suum Theologum domesticum elegit, et a Gregorio XV. impetrauit, non contradicente Magistro Ordinis Fr. Seraphino Secco, ut extra Religiosa claustra uitam trahere posset: nihilominus Dominicanam cellam retinuit, ad quam dies maximè solemnes, ad effugienda Curiae fastidia se recipiebat. Assiduè tamen manebat in Palatio Cardinalis, in quo ita suam habitatiunculam ita ampliauerat, ut

nemo

nemo ex Cardinalis familia tam commode habi-
taret. Proprium ei munus impositum fuit, nem-
pè ut negocijs de propaganda fide pro Palestina,
Persia, et Armenia, quæ suo D.no contigerant,
invigilaret, ac in pervigilio Congregationum
quæ proponenda erant Cardinali digesta traderet,
nec non ut Cisterciensium Patrum, quorum
ille Protector erat, curam gereret, sufficiens oc-
cupatio, ne ociosè tempus tereret, ac ne quoq.
obrueretur negocijs. Residuum temporis agebat
cum Cardinali, qui eum semper ad latus volebat
quò inter audientias ocium effugeret. Quare
dictitare solebat D.num Cardinalem sua uti
opera ad instar cultri lignei, qui ferreo desperdi-
to subrogari solet, ne vagina contrahatur. Neq.
unquam deerat quod dissereret cum Cardinali
quoniam quotidie mittebatur ad salutandos Car-
dinales eius amicos, nempè Aldobrandinum,
Ludovisium, Capponium, et Burghesium, qui-
buscum quando aliquid gravius sibi erat per-

tractandum

tractandum, eosq. adire non poterat, per suum Theologum id praestabat, qui ex eorum colloquijs tot flosculos colligebat, ut apte dispositi ex consuetudine cierent oblectamentum. Quoties Cardinalis à domo exibat eum secum ducebat. Vix aliquando ~~cum~~ Cardinalibus suis amicis in Tusculanum, ad Turrim nouam seu Zagarolum animi gratia proficiscebatur absq. Patre Fonseca: quod tantam inuidiam inter Aulicos suscitauit, ut P. Fonseca saepius coactus fuerit Cardinalem precari, ut ab externis ijs beneuolentiae signis abstineret: hoc enim (quasi spiritu praesagiret quae sibi euentura erant) magnam aliquando persecutionem in ipsum suscitaturum erat, quemadmodum similes fauores Pontificis, et Nepotis Regnantis suscitabant in eunde Cardinalem Vbaldinum: Cardinalis enim Ludouisius, ~~qui~~ quam saepissime tertia, et quarta hora noctis per Palatij Cardinalis Vbaldini coclleam ad ipsum ascendebat, et grauiora queq. Pon-

tificatus

ificatus negocia soli absq. consiliario concludebant, quale fuit nouae Bullae editio de electione Summi Pontificis, per secreta suffragia facienda, in cuius extensione idem Cardinalis summopere laborauerat, et rem talem se perfecisse credidit, qualis sufficeret ad residuum suae uitae spacium cum tranquillitate transigendum, prout per litteras sui amantissimo Cardinali Capponio exposuit, et de promulgatione d.ae Bullae agens, his uerbis concludit: Vt sine timore de manibus inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi In sanctitate, & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris (licet prudentissimus, et oculatissimus alioquin Cardinalis) hac in parte non parum allucinatus fuerit, ut nos pro temporum uarietate data opera obseruabimus: quale etiam fuit translatio uocis de electione Imperatoris a Palatino Rhenensi ad Ducem Bauarum: quale iitidem fuit intrudere Pontificios milites in

Heluetas

Helvetias Arces, in quas Pontifex sese habitu illius tamquam constituerat: quale fuit promotio Cardinalium opportune facienda: quale fuit assumptio ad coetum Scriptoratorum D.ni Rodulphij, Urbis Ariani Episcopi, qui quando resciuit euectum fuisse ad Pontificatum Cardinalem Ludouisium, de sua aduersa fortuna questus cum P. Fonseca, ac D. Lucretia, et Canonico Vbaldino, in haec uerba prorupit: A quocumque alio Cardinali potuissem aliquid sperare: ab hoc tamen nihil prorsus, cum nec ipse me noscat, neque ego aliam apud ipsum introductionem habere possim, quam quod ipse audierit aliquando fratrem meum Nicolaum Rodulphium Felsinae in templo Diui Petronij concionantem: qui nihilominus, Cardinali Vbaldino dirigente, ab eodem Pontifice ad purpuram promotus fuit, et Marcellus Rodulphius eius frater Ferrariae Militum Imperator constitutus, et Fr. Nicolaus eius frater fa-

eius

ctus sacri Palatij Magister, ac Ludouicus Rodulphius intimus, atq. supremus Consiliarius Cardinalis Nepotis, qui Vrbem, quin potius Orbem moderabatur. ~~quale fuit nouus Eminentiae titulus Cardinalibus collatus~~ quale erectio Congregationis de propaganda fide: qualia denique (ut pleraq. alia omittam) erant omnia Hispaniae negotia, quae Pontifex et Nepos Cardinali Vbaldino pertractanda committebant, et exinde inter eum et Pontificis Nepotem in hoc nocturno congressu concludebantur et conclusa per P. Fonsecam ad Catholici Regis Legatum deferebantur. Rem non uulgarem, sed certissimam narrabo. Consilio, et adhortatione P. Fonsecae, qui nuper e Polonia bene instructus discesserat, acceperat D. Cosmus de Torres Poloniae Nunciaturam, sperans sibi uiam straturum ad purpuram per eas praesertim temporum circumstantias, quas bene norat P. Fonseca,

obitu

obitu nimirum Dñi Rangony, a Poloniæ Rege instantissime commendati, ac pertinaci Regis decreto, ut Poloniæ Nuncius ad purpuram promoveretur, stante præsertim optima Pontificis mente moremgerendi eidem Regi: quare novus Poloniæ Nuncius rem totam P. Fonsecæ commendaverat, quò per suum Cardinalem Ubaldinum eam ad optatum finem perduceret. Pervenit Nuncius in Poloniam: Regis gratiam sibi comparat, obtinetque ut loco Rangony ad purpuram proponatur: Intercedit Cardinalis Ubaldinus apud Pontificis Nepotem, et illius promotio stabilitur. Appropinquante Consistorij die, quo promotio fieri debebat, interrogat P. Fonseca Cardinalem Ubaldinum num Poloniæ Nuncius promoveatur: Ille respondit: se non mediocriter hac de re sollicitum fuisse: frustra tamen laborasse propter inclusionem Nunciorum Imperatoris, Hispaniæ, et Galliæ. Exclamavit P. Fonseca

o infaustas Poloniae Reges! ecce cogeris te magis offensum declarare a Domo Ludouisia, quam Burghesia, cum haec solum denegauerit, illa uerò fidem frangat, neq: promissis stet! o infelicem Domum de Tones aere alieno obrutam, quod tantùm contraxit, ut hanc dignitatem assequeretur: ecce modò solo aequata est, caput amplius non erectura, quia cum Pontifex sit senio confectus, haec haud dubiè erit ipsius ultima promotio. Sed inter has lamentationes uexatione intellectum dante, subiunxit: Clam facilem soco Illmo. Hac nocte hora consueta accedet Dnus Cardinalis Ludouisius, et absq: dubio de instanti promotione uerba faciet. Tunc Vra Illma Oratio innitatur ut propter has difficultates, aliasq: forte orituras promotionem ad sequentem diem Lunae protrahat. Pio sententia rei cessit. Cardinalis Ludouisius in exordio confabulationis, coepit ex se de aliquibus difficultatibus,

quae

quae ab ipsa Cardinalium creatione necessariò erant oritura, Vbaldinum consulere, qui respondit: eas non esse contemnendas, exaggerauitq. illam de fide praestita Regi Poloniae: quare conuenerant, ut Cardinalium promotio differetur quousq. modus illuxisset eas remouendi; et felici fato Nuncij, quidam Cardinalis interim ex hac uita discedens, aditum aperuit ad illius dignitatem; et proclamante mox Vbaldino non esse amplius expectandum: quare ad Purpuratorum coetum ipse quoq. Nuncius aggregatus fuit, monitus prius a Pontifice de uniuerso tractatu.

Non poterant tractatus praed. ita clam transigi, quin ab oculatissima Curia penetrarentur, nõ sine multorum inuidia, et nonnullorum, qui se a Prouincijs, et dignitatibus uidebant exclusos, odio in Cardinalem Vbaldinum, cui tanquã supremo consiliario Nepotis Pontificis, quaecumq. fiebant, tribuebantur. nec defuit qui miro stra=

tagemmate eiors ab Urbe expellere et interita-
uerit, et obtinuerit. namq. scripturam texuit
elegantem in laudem illius Pontificatus, et
Cardinalis Ludouisij, qua fusè narrabat quæ-
cunq. memoria digna gesta fuerant a Pon-
tifice, ut nouæ Bullæ institutionem: uocem
electoralem a Rhenensi Palatino ablatam, col-
latamq. Bauariæ Duci: Heluetiam sum-
ptibus Pontificis custodiri ad illius partes Ceda-
tam: nouam erectionem Congregationis de
propaganda fide, ill. de conseruando, hoc
est S.^me Inquisitionis officio minimè infe-
riorem, et alia huiusce modi opera ab ipsa
æternitate celebranda, laudibus in Cælum
usq. extollebat. Inter hæc sibi unum dis-
plicere affirmabat, quod communis vox
Curiæ tam heroica facta non ualori Car-
dinalis Ludouisij, sed potius eximiæ pru-
dentiæ, et sagacitati Vbaldini tribueret. quæ
propterea vsurpatorem gloriæ Cardinalis

Ludouisij

Ludouisij appellabat. Cum iste per iocum scripturam hanc legendam tradidisset Cardinali Vbaldino, Hic optimè dignoscens illius genium, et quàm immoderatè gloriam affectaret, sollicitus propterea de hac re, huiusmodi Theologum consuluit, qui ad hanc rem Lusitanum casum narrauit. Habebat, inquit, Lusitaniæ Rex egregium Secretarium, cui aliquando tradidit quasdam litteras Pontificias quibus responderet, cum ipse Rex iam responsum composuisset, quò daret ad Pontificem quod esset elegantius. composuit Secretarius responsum, detulitq. ad Regem, qui cum proprio illud comparasset, cum reperisset suo longè elegantius esse, hoc dilacerauit, atq. illi sui Secretarij se subscripsit, deditq. ad Pontificem. Reuersus domum Secretarius, vxorem, et liberos in hanc formam allocutus est. Actum est de nobis, surgite, abeamus hinc Rex etenim nuper me ipso magis sapientem existimauit, et Rex familiar:

in unum collecta, in ~~Reg~~ Castellam se recepit. eisdem uerbis cum Cardinal. usus est P. Fonseca, Recedamus hinc, inquit, Ill.me D.ne, iam enim Princeps dignoscit V.ram Ill.mam D.nationem ingenio suæ personæ excellere, et qui uelit ingenio cedere nullus erit. Applicuit igitur mentem Cardinalis Vbaldinus ad uacantem Bononiæ Legationem, in primoq. congressu cum Cardinali Ludouisio statum suum, et æs alienum in Gallica Nunciatura contractum exposuit, obnixè eum precans, ut sibi impetraret a S.mo Bononiæ Legationem, quò sic re domestica composita magis idoneus redderetur ad illius obsequia; sed cum admiratione accepit hanc Cardinalis petitionem, quam negauit, spondens se creditoribus satisfacturum et ad hunc effectum contulit Abbatiam S. Jois in Regno reditus trium millium aureorum: vigente tamen Vbaldino Legationem a S.mo extorsit, qui ægrè nimis tulit orbari tali consiliario.

Revertitur Romam Card. Vbaldinus, as sumptoq; ad Pontificatum Cardinali Barberino Bononiam remeat. Cap.

Felsinam vix pervenerat Cardinalis Vbaldinus, quando supervenit nuncius interitus Gregorij Papæ XV. quo accepto, cogitur absq. aliquo intervallo ad Vrbem remeare, quem Theologus precatus ut vellet eum Felsinæ relinquere, ineptum se agnoscens ad perficiendum tàm longum iter tàm brevi tempore, ac per caniculares illos calores. Præcinctum ad iter Cardinalem, et deambulantem per hortos, quos Poetæ dicunt interrogavit D. Sacchettus Prolegatus, num quemnam ad Pontificatum promoveri coniegisset? cui illicò respondit Legatus. Electio in Barberinum cadet, ni obstet viridis ætas, cum factionum capitibus sit gratus, nullamq. patiatur exceptionem, prout rei probavit eventus. nam recens ætas non modò non obfuit, sed viam stravit ad Pontificiam dignitatem, sic

disponente Deo, a quo uspoté sententiarum Domino ita praeparantur cogitationes nostrae, ut licet aeternis suis decretis opposita esse videantur efficiat, ut ad eadem dirigantur, ut norunt Conclavistae, qui interfuerunt exaltationi Urbani viij. quod ut clarius appareat operae pretium erit de eius promotione altius repetito principio aliquid enarrare, Cardinalem Ubaldinum sin minus corpore, certe animo comitantibus.
Exclusis igitur a Pontificatu per Cardinalem Burghesium Sandino, Millino, per Ludovisium, per Aldobrandinum Saulo, et per Hispanos Borromeo, et Aracoel. in gymnasio quaestio erat insuperabilis, quod esset Creatura Aldobrandini Burghesio non minus exosi; quia Ludovisius et inter omnes maxime cara Cardinal. montium obstabat Sabaudiae alienatio, et exaltatio viri tam Urbi, quam Orbi parum ~~accepta~~ grata; Reiectis praesertim a Cardinal. Burghesio arbitrijs a Cardinal. Ludovisio pro-

positis

positis; consumptisque propeiam quinis unde-
cim diebus, appropinquante iam tempore, quo
Deus decreverat dare suae Ecclesiae optimum
Pastorem, quarto Kalendas Sextiles, procul
lux parva comparuit, quae aliqua ex parte
viam ostendit per quam incedendum erat
è longinquo ergo coepit tractatus de Cardinal.
Barberino, qui postea interruptus fuit; at
postea redintegratus felicissimum habuit
exitum, etenim septimo idus Sextiles die di-
cato transfigurationi Xpi Servatoris nostri, cui
nulla alia relevans opponeretur exceptio prae-
ter aetatem utpote qui annorum tantum
quinque supra ~~triginta~~ quinquaginta ni-
mium viridis, ~~et~~ robustae corporis compositio-
ne accedente, videbatur, cum adessent sep-
tuagenarij Cardinales, nam quod esset natio-
ne Florentinus, non poterat apud Hispa-
nos magis ipsi nocere, quam Cardinali Bal-
dino, cui nullatenus impedimento erat, prae-

ter quàm quod tunc Barbarinus magis Romanus, quàm Florentinus reputabatur, eò quod omnia sua bona sub Pontificia ditione possideret. Quaeuis etiam suspicio ex Nunciatura, qua functus fuerat in Gallia, penitus euanuit, quando a Dnō Balthassare de Çuniga Catholici Regis oratore relata fuerunt officia, quae ipse ratione tantum sui muneris nemine instigante, fecerat cum Galliæ Rege Henrico iiij. ne occasione aliquot accidentium, quæ emerserant, dissoluerentur fœdas nuper initum inter duas illas coronas ex quo plurimum utilitatis prouenit Catholico Regi: neq unquam præteriit occasio quin hisce officijs fungeretur. ex quo postea ortum habuit honestissima instructio, qua idem Hispaniæ Rex dedit de illius qualitatibus pro eius exaltatione Duci de Pastrana suo Legato recenter in Italiam misso. Nulla Mediceæ domui suspicio esse poterat: tum

quia

quia eius fratres, qui Florentiae manebant media eorum modestia, ac obsequia Hetruriae Ducis summam gratiam sibi comparauerant: tum etiam quia ipse in Urbe semper illius partes totis uiribus promouit, in quem finem iuuit non parum Florentia transiuisse quando ad Bononiensem legationem se contulit, ubi ~~inge~~ sua ingenuitate, morum suauitate, atq. consuetudinis venere illius Ducis animum sibi non mediocriter conciliauit. Ad remouendam omnem suspicionem a malignis Burghesij menti impressam, sufficiens fuit antidotum libertas, et ingenuitas, qua tempore Pontificatus Gregorij XV. semper tutus est tam Pauli V. quam Cardinalis Burghesij Nepotis dignitatem; ita ut de ipsius sincera fidelitate, atq. in Burghesiam Domum amore non esset cur dubitaret immò in Curia diuulgatum erat, quod nimia sua libertate loquendi Cardinalem Ludouisium in se concitasset. Domus Ursina quantumcunq. aliena esset ab illius exaltatione, parum obesse

poterat, quantumcunque alienus esset: siquidem Car-
dinalis Alexander ab Urbe absens, pro mortuo com-
putabatur, a Peretis nihil timendum erat, quia
nunquam se contrarios declarauerant; et si con-
trarium animum aperuissent, nihil obesse po-
terant nullam auram in Curia habentes: Cardi-
nalis quoque Andreas morbo laborans è Conclaui
exierat, de sua tantummodo ualetudine sollici-
tus. Nonnulli Cardinales, qui seu aemulationis, seu
alia de causa intrinsecus (ut ferebatur) non
libenter illum ad Pontificatum euectum uide-
rent a tali declaratione abstinebant, uel quia
nullo pacto credebant posse illum in eo Conclaui
eam dignitatem adipisci, uel quia sibi suadebant ~~ut~~
~~impedirent~~ certam exclusionem ex duabus, quas
patiebatur, exceptionibus, uiridem nimirum
ac robustam aetatem annorum quinque tan-
tum supra quinquaginta, cum his accederet
Bulla nuperrime in fauorem Senum edita.
Alij uero perspicaciores tacita iudicij diuina

ponderantes

ponderantes oppositiones, quas unusquisq; ex senibus patiebatur, considerantes quo capitum factionum uota collimarent, quid eorum interesset, optime norant. inter quos Farnesius, qui ante quam subiret conclaue, perspicuis uerbis id sentire attestatus est. Quarto ergo kalendas sextiles dum post scrutinium Ludouisius Caietanum alloqueretur, ut saepe ~~facere~~ solebat de rebus ad Conclauem pertinentibus, hic in Barberini laudem prorumpens, eum Ludouisio proponit, affirmans secundum illius tempestatis circumstantias in nullum alium cadere posse Pontificatum. Laudauit Ludouisius propositum sibi uirum, promisitq. se illius exaltationi assensurum, dummodo Burghesius pedem non referret, licet timendum esset, ne Cardinales seniores se illi opponerent. Postera luce de eodem sermo incidit, computatisq. suffragijs Ludouisij in unum colligendis, Creaturis uidelicet Gregorij, iunioribus Clementis, cum Cardinalibus Farnesio, Medices, Borromeo, tribus Hi-

spanis

Hispanis, duobus Germanis, quibus addebant Cappo-
nium, et Baldinum, Ursinum, ac Sabellum, nume-
rum vigesimum, ac vigesimum ~~octavum~~ constituebant, quibus
si tresdecim ex iis Burghesij accessissent comple-
tus fuisset numerus dictarum ex tribus eligentium
partibus, et sic ad electionem sufficiens, et si for-
te ex iis tribus ac viginti aliquis defuisset, tot
suffragia cumulare poterat Burghesius, ut omnes
defectus, etiam excelsis servibus, supplevisset. His
stantibus, cum Ludovisius quantum in se esset
statuisset Barberinum promovere ad Pontificium
solium, illicò desiderium suum aperuit Farnesio,
Medices, atque Aldobrandino a quibus assensum re-
portauit: imò a Farnesio adhortatus fuit ~~ne desi-~~
ut pergeret donec rem ad optatum finem perdu-
xisset. et dum interea Barberinus prope cellam
Cardinalis Ludovisij sibi amici esset cum septem
alijs eiusdem factionis, illorum alter in hec verba
prorupit: Si Barberinus sex annos aetatis plus
haberet, nihil esset dubitandum de illius promo-

tione

-tione, neq. de alia electione cogitandum. Applau-
serunt cæteri. Nullam ergo exceptionem habebat
præter ætatem, quæ, diuina prouidentia, uita
fuit ad stabiliendam illius exaltationem; sapien-
tia enim humana aduersus diuinam insipientia
est. Cum eadem mane Ludouisius conuocasset ple-
rosq. confœderatos unà cum Gregorij creaturis, Car-
dinalem Barberinum proposuit, et dum de
difficultatibus, quæ occurrere poterant consul-
taretur, Aliqui, quibus hic tractatus minimè
placebat, credentes ab eo saltem Ludouisium alie-
nare, opposuerant iuridem Barberini ætatem
quinque nimirum supra quinquaginta tantu
annorum: quam exceptionem reijciens Caieta-
nus, fingensq. se credere hanc præcipuam
esse causam, quæ eos mouisset, ad Ludoui-
sium, et Aldobrandinum conuersus callidè
dixit: immò hoc unicum remedium, ne Cardi-
nales ueteri inimici ad Pontificatum peruenir-
ent, creare Pontificem iuuenem, qui longæua

sua uita uos ab hoc periculo tutos reddat, et curam tollat, ne intra paucos dies ad nouam Pontificis electionem procedendum sit, prout continget, si senex promoueatur ad Pontificatum. fuit haec Caietani ratio a Ludouisianis, et a plerisq. alijs Cardinalibus tanto cum plausu excepta ut ijs linguam occluserit, qui praetextu iuuentutis quaerebant ad supremam dignitatem aditum praecludere. Quare cum hoc totius eorum fabricae fundamentum ruisset, timentes sese contrarios declarare, ipsi quoq. Barberinas partes secuti sunt. Talis fuit communis Conclauistarum consensus, ut ij quoq. Cardinales, qui talem non probabant electionem constanter affirmarent se ex corde Barberinum exoptasse et serio a Ludouisio moniti, ut sibi consulerent ne eos poeniteret cum poenitentiae locus non esset, ijs affirmantibus quod absq. eorum consensu nunquam Barberinus ad Pontificium solium euectus fuisset: nihilominus in exaltando

tando

tando Barberino perseuerarunt. Ex tunc in Barberino stabilita fuit dignitas Pontificia, rataq. ac firma habita fuit usq. ad octauum idus Sextiles suæ promotionis diem. Hic foetus, qui tunc temporis in lucem prodijt, multo tamen antea conceptus fuerat a Conclauista quodam ab intimis Ludouisij consilijs, et Magalotto arctissimo necessitudinis uinculo coniunctus, qui ut amico, ac sibi ipsi consuleret, in officina perspicacissimi sui ingenij clipeum hunc ad excipiendos in Barberinum ictus fabricauerat. Impleto igitur edito ab Vbaldino oraculo, Cardinale eminentium Barberino ad Pontificiam dignitatem euecto, idem Vbaldinus ad suam Bononiæ legationem remeauit, ubi iam D. Fonseca tedio affectus, eum impatienter expectabat in alijs namq. Principibus, aut Optimatibus non reperit talem humanitatem, talem in dirigendo salem, talem in consuetudine Venerem, qualem in Vbaldino, qui licet primo aspe-

ctu

esse asper videretur, et timorem incuteret ad eum accedentibus: qui autem semel cum eo loquebatur, oppositum experiebatur: et propterea P. Fonseca dictitare solebat: summum Cardinalem non esse ijs picturis similem, quæ eminus, sed quæ cominus conspici debent. Venenit Felsina P. Sossa Seraphici Ordinis Magister, eiusdemq; et P. Fonseca Concivis. continuo eum adiuit P. Fonseca, eiq; sese addixit. sciscitatusq; num quando Emum Cardinalem visere vellet? qui respondit: dicam ingenuè Emum Legatum ex corde veneror; sed nullum habeo negotium ut eum adire cogar. quo libenter abstineo; talem enim aspectum habet, ut mihi terrorem incutiat, existimemq; inhumanum, neq; libenter conversari. O quantum aberrat P. V. Rma (subiunxit P. Fonseca) Ad Emum Legatum volo accedat, tantum ut dignoscat (quando aliæ non adessent causæ) quam toto cælo aberret. Tacuit ille, et ad prandium semel invitatus (dicto sit fides) semel cum eo prandere voluisset.

singuli

singulis diebus quinque, et sex horas cum eo [illegible]-
gebat, a quo divelli non poterat, affirmabatque
se nunquam Principem tam Urbanum, benignum,
perspicacemque fuisse allocutum: addens se tot do-
cumenta pro reformatione sui Ordinis, ad quam
incumbebat, ab eo didicisse, quae nunquam neque
audierat, neque excogitare potuisset...

Concionatur P. Fonseca in Cathedrali templo Bononiensi integrum Aduentum, Duciq; Pastranæ cum in Siciliam secum ducere nitenti contradicit.

Cap.

Vt primum Bononiam peruenit Dnūs Legatus, rem Bononiensem facillimo negocio, breuiq; tempore restituit: officiales instituit: congregationem quandam erexit, ad quam conueniebant Auditores omnes, Auditori nominum, et rei frumentariæ, ac Auditor generalis, ad quam grauiora quæq; negocia deferebantur atq; ita adeo suauem, ac facilem reddidit, alioquin arduam Bononiensem administrationem, ut maiorem diei partem a negocijs uacaret. Ne ergo longissimas illas hiemis noctes ocio consumeret, uoluit suum Theologum sibi, Dnōq; Spinolæ nouo Prolegato exponere Genesis librum, ad quod digne præstandum Theologus Expositores prælegebat. Vix credas. Quicq

abtinus

abstrusum apud Scripturae Sacrae Interpretes
reperiebat; quicquid iste studio comparabat,
ac labore, ipsi Cardinalis perspicacitas in prom-
ptu aderat; non tamen Hispanos sui Theologi
conceptus parvipendebat: imò eos elegantes, et
urbanitatis plenos considerans, ~~voluit~~ eum con-
cionantem audire exoptavit. Significavit prop-
terea sibi pergratum fore, si in instanti Ad-
uentu in Cathedrali templo concionaretur; et
quanquàm ille sepius se excusaret ~~a~~ quod
a multo tempore concionibus uale dixisset,
acquiescere noluit donec P. Fonseca expugna-
tus, petiuit a Cardinali, ut sibi in meritum
sanctae obedientiae (quae miracula patrare
solet) illud praeciperet. Quo peracto onus sub-
iuit P. Fonseca, et coram nobilissimo Audi-
torio, Legati nimirum, eius Curia, Decemviris
Universitate, Hispanorum Collegio, quamplu-
rimis optimatibus, et frequenti populo munus
cum laude persoluit: novitatem praesertim

animi conceptuum: illorum proprietatem; ac perspicacitatem cunctis extollentibus. Sed cum instaret festum Conceptionis B. Virginis, rescire voluit a P. Lomeia quid illa die esset concionaturus: forte, aiebat, pro more Dominicanorum de laudibus B. Virginis, omissa Conceptionis solemnitate dicturus erit? Absit (respondit Theologus) sed de eodem festo, prout illa die ab Ecclesia celebratur, sermonem faciam. Hoc fieri non potest addidit Legatus quam enim sententiam praedicabit? non quidem propriam, quia non licet: non oppositam, quia palinodiam cantaret, et indignationem sui Ordinis in se concitaret. Ad haec ille. neq. hanc, neq. illam opinionem sequar, neq. de laudibus B. Virginis disseram, sed de ipsomet festo Conceptionis. Pertinaciter contendente Legato id fieri minime posse, subiunxit Theologus. Si de altera ex oppositis opinionibus, seu de laudibus B. Virginis in genere, et non de festo Conceptionis dixe-

ro

ro, uolo proprijs sumptibus prandium in nostro solito recreationis loco, in horto nimirum, quem dicunt Poetæ V.ræ Ill.mæ Orationi parare: sin minus ad ipsam spectet me simili prandio excipere. Hoc pacto inito, sequentem ad populum habuit concionem.

Celebrat Sacrosancta Romana Ecclesia hodierna luce festum Conceptionis B.mæ Virginis; sed tamen operæ pretium erit clarè, et perspicuè explicare quid in re ipsa celebret, uel, ut aiunt Theologi: quodnam sit festi huius obiectum? est ne fortè Conceptio Virginis pro illo primo, et indiuisibili instanti, in quo primum anima illa luna pulchrior: sole speciosior: stellis rutilantior, a Deo creata, corpusculo illi iam organizato gratia plena, et a peccato originali præseruata infusa fuit, ut pia fert opinio? Absit. non est talis Ecclesiæ mens, prouti clarè patet; nam si tale esset huius festi obiectum: iam de opposita sententia actum esset cuius nullum pro=

probabiliori

babilitatis uestigium superesset, cum tamen ea omnes Summi Pontifices tam ueteres, quam moderni in sua probabilitate relinquant. neq. etiam celebrat Ecclesia Romana secundum instans eiusdem Conceptionis, in quo anima B. Virginis sanctificata fuit, et mundata per plenitudinem diuinæ gratiæ a peccato Originali prius contracto. Minime enim tale est huius festi obiectum: alioquin prima opinio fiat iam damnata esset; cum tamen probabilissima sit, et ab Ecclesia ut probabilis commendata. neutram igitur ex his opinionibus celebrat, neq. istis interminatis questionibus metaphysicis se immiscet Ecclesia Sancta. Vtrasq. Scholasticis in Cathedris ad acuenda ingenia ab utraq. parte uentilandam et alterutram pro temporum diuersitate docendam relinquit. Celebrat ergo primam illam gratiam quam extra omne dubium, et controuersiam ex omnium sententia habuit S.ma Deigeni-

trix

cix à parte rei in sua Conceptione, siue hoc acciderit in primo, siue in secundo instanti, à quo abstrahit. Obiectum ergò huius festi est prima gratia Conceptionis B. Virginis pro illo instanti reali, siue primo, siue secundo, quo animæ B. Virginis gratia fuit infusa. Cum ergò Concionatoris munus sit idemmet prædicare, quod Ecclesia celebrat: idemque quoque concionis obiectum esse debet, quod festi ab Ecclesia propositi: ideò meæ interierit hodierna luce de eodem obiecto disserere, de prima nimirum gratia, quam B. Virgo in sua Conceptione obtinuit.

Quanta ergò fuerit hæc prima gratia fusissimè exposuit Concionator, interpretans cum sanctis Patribus Psalmum illum Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit Dñus portas Syon super omnia tabernacula Iacob, quasi ubi desinit omnium montium sanctitatis gratia, ibi inciperet prima gratia

Conceptionis Virginis. et mox amplissimum gratiæ thesaurum Ecclesiæ tàm militantis, quàm triumphantis, omnibus suis numeris absolutum uiuis depinxit coloribus, conflatum ex gratia Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, confessorum, atq. Sanctarum Virginum non modò præteritorum, et præsentium, sed et futurorum usq. ad finem mundi; cui addebat gratiam, qua conditi fuerunt Angeli, Archangeli, Virtutes, Throni, Potestates, Dominationes, Principatus, Cherubim, et Seraphim inæqualiter omnibus collatam, iuxta maiorem, uel minorem illorum excellentiam naturalem prout exponit D. Thomas; Cumq. unusquisq. illorum alterum dignitate specifica superet, præsertim ex doctrina eiusdem D. Thomæ, et in unoquoq. Ordine penè infinitus sit Angelorum numerus, supremum illius Ordinis cæteros omnes infinitis proxemodum gratiæ gradibus excellere necesse est, quorum progres-

sum

sum faciendo usq. ad supremiam omnium ordinem, unus Deus illorum Creator, et Sanctificator comprehendere potest cum quanta fuerit gratia creatus. Tota igitur hæc gratia in unam congregata cum magno excessu superatur, (inquit) a prima gratia Conceptionis B. Virginis, cuius Ecclesia hodie solemne Conceptionis festum agit. In secunda suæ concionis parte eandem Cœlestem Infante Mariam ab utero materno proditam, prædictisq. pretiosissimis monilibus ornatam, has gratiæ merces negociantem, gustantem ac videntem quia bona esset negociatio eius quam nec die, nec noctu ullo momento intermittebat: ideoq. non extinguebatur in nocte lucerna eius. Sed sive uigilaret, sive dormiret, in omnibus suis actionibus, totum suum gratiæ thesaurum in duplum augebat nec enim (inquit Bernardinus) sic pedem figebat, quia uirtutis premium extollebat. Quam dives ergo, quam immensitate gratiæ plena exaltata fuit super Choros Angelorum

gelorum ad Cælestia Regna, assistitq. Regina Cœli, et Terræ a dextris filij, non minus sui, quàm æterni Patris coronata in vestitu deaurato, circumdata varietate! His, et alijs non inferioris conditionis laudibus de B. Virgine eiusq. gratia expressis concionem perorauit. Domum revertens contendebat Dnus Spinola Prolegatus, qui et ipse professione Theologus erat, Concionatorem deperdidisse, ab ipsoq. pagandum esse grandium, eò quod opinionem fori concionatus fuisset, appellassetq. sæpius Conceptionem Sanctissimam: sed perspicacissimus Legatus, quanquàm Theologus non esset, optimè perpendit totius concionis seriem, atq. ita Theologum uocasse Conceptionem Sanctam, ut neutri præiudicaret sententiæ, quarum meritis se abstinens, solùm de prima Conceptionis gratia, ~~in~~ quocunq. instanti illam obtinuerit, siue in primo, siue in secundo (in quo sita est diuersitas opinionum) sermone

Habuera

habuerat: Quare parari prandium iussit in loco destinato

Per id temporis Dux de Pastrana extraordinaria sua pro Rege Hispana apud Smum Pontificem legatione, in Hispaniam reversurus Bononiam petijt. Huic obuiam proficisci P. Fonsecam Legatus iussit. Ille paruit, ac aliquot milliaria procul ab Urbe adinuentum, nomine Legati inuitat, qui se excusabat, quod incognitus accessisset. Manebit quoq. incognitus, subiunxit P. Fonseca apud Dnum Legatum, neq. ab illo uisendum, nisi quum placuisset. His pactis accepit hospitium. et ab eodem directus per quoddam Ostium secretum, quod ducebat ad habitationem Prolegati. Postera luce cum solo P. Fonseca, curru eiusdem Prolegati incognitus Bononiam perlustrauit, ueteremq. amicitiam in Urbe contractam familiari consuetudine renouauit. Inter caetera Pastrana communicauit P. Fonsecae quod ab Hispania

expectabat litteras, quibus institueretur Siciliae Prorex, neminemque apud se haberet, quem de rebus dubijs consuleret, ac grata, domesticaque conversatione careret: in optatis esset propterea, ut sui Theologi, et Confessarij munus accipere vellet, spondens se curaturum ut quam primum promoveretur ad alterum ex praecipuis Regni illius Episcopatibus. Debitas egit gratias tanto Principi pro oblato sibi munere, sua mensa, non illius benignitatem excedente recusavit tamen Provinciam, affirmando se iam pridem obsequijs Dñi Cardinalis devovisse. At quid commodi, aiebat Castriana, ab istis Italis reportare potest? quid frustra suae aetatis florem conterit? cui P. Fonseca. cogor, a benignitate Exc.ae V.ae stimulatus mei rationem reddere, quanquam ratio esset sufficiens eius amor, quo humanitati, eximijs virtutibus, et maxime quam mei habet, rationi, devinctus sum; sed ne eorum amori dem, et causas videar desiderare, contempletur

templetur

templetur me Exc.ª V.ª similem homini negociatori querenti bonas margaritas, inuenta autẽ una pretiosa margarita, abijt, & uendidit omnia, & emit illam; sed quoniam hæc amorem redolent, absenius dicam, me longa experientia didicisse, duo tantum omnes homines quacumq. fungantur dignitate, siue Imperatoria, Regia, aut Pontificia, querere ad bene, beateq. uiuendum commoditatem, et conuersationem. quoad primum nemini concedo, cum subditos, seu familiam nõ habeam, quibus præsim, neq. superiores, quibus subsim: ex laborum meorum fructu cum benedictione, ac indulto S. Sedis Apostolicæ tot reditus habeo, ut possim currum ad breuiora itinera, lecticam ad longiora sustinere: et licet frugaliter uiuam, lautè tamen pro tempore, et pro libidine uiuere possum: ad ostium pulsantibus aperire non teneor, neq. mihi tale negocium est, ut cogar domi manere, uel foras exire, seu aliquem audire, minimumq. habere incommodum, om.

nia pro libito operaturus. Quoad secundum nemini inuideo, neq. ipsi Imperatori, seu Summo Pontifici, ceterisue quibuslibet Orbis Principibus, cum eos omnes superem ~~mea~~ domestica, familiariq. consuetudine Cardinalis Vbaldini, suorumq. pro tempore amicorum, Cardinalium nimirum Capponij, Ludouisij, et Aldobrandini: quæ conuersatio præterquam quod nullam habet amaritudinem, uerbaq. omnibus nimirum circumstantijs circumamicta quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando ab eorum labijs egrediantur, ~~non nisi~~ per ostium circumstantiæ, curiam non modò Romanam, sed et Imperialem, Hispanicam, Gallicam, aliorumq. Principum, et Rerumpublicarum complectitur. siue historias perlegas, siue præsentis sæculi mores inuestiges, siue politicam scire cupias, siue consilium, et dexteritatem in negotijs peragendis exoptes, siue arte poetica delecteris, siue recondita Astrologiæ arcana comprehendere uelis, seu Rhetorem, aut Secretarium profiteri, ad unam

Cardi

Cardinalis Vbaldini officinam confugiendum est in qua virtutum omnium pretiosissimum thesaurum collectum inuenies: merito ergo asserere possum, neminem, neq: ipsum Summum Pontificem, Imperatorem, aut Regem tanta consuetudinis venere, tanta doctorum virorum Pallade frui posse; ut nihil mihi arrogem, atq: uno uerbo dicam, me neq: uiuendi commoditate, neq: familiarium consuetudine ulli mortalium concedere. cum ergo hunc quaesierim thesaurum, tot difficultatibus ueluti monstris superatis, qui illum custodiebant, modo ad unius, licet egregij Principis uolentiam, qui hodie uult, et cras poenitere se potest, missum faciam? Lubricae Hispaniae Aulae me credam? Abis. leuitatis esset signum non leue. Ex.ᵗⁱᵃ V.ʳᵃ in Siciliam proficiscatur. ego uerò Felsinae manebo. Haec admirationem fecerunt Pastrana Duci, quem mox summum tenere coepit desiderium uidendi D.num Cardinalem Legatum eiusq: fruendi consuetudine, ad quam introductus

duelli non poterat, donec Venetias profectus est

Bis obuiam proficiscitur P. Fonseca Principi Wladislao, & Duci de Alcala, atq; pacisci-tur cum Principe de loco Cardinalis Legati. Cap.

Exoptauerat Wladislaus Poloniæ Princeps, dum P. Fonseca in Polonia esset, in Hispaniam se conferre, ac sui itineris comitem P. Fonsecam elegerat. Rex tamen ex tunc uetuit, promittens se illi deinde facultatem impertiturum Italiam, atq. Angliam perlustrandi; cumq. ad Vrbem Felsinam appropinquaret, misit Legatus obuiam P. Fonsecam, ut domum suam inuitaret. Occurrit ei P. Fonseca, obtulitq. hospitium. Ille recusauit, dicens se incognitum accessisse, et ad cauponam diuersurum. Quare Legatus peramplam cuiusdam Optimatis domum parari iussit, in qua sub diuersorij titulo receptus, lauteq. tractatus fuit. Voluisset Legatus eum inuisere; sed a Rituum Congregatione monitus,

ne illi loco cederet, per P. Fonsecam investigavit quomodo cum Princeps esset receptus: qui statim P. Fonsecæ declaravit: se a Parente instructum, ne aliquem Cardinalem sibi præcedere pateretur. Instabat P. Fonseca ad similes Principes, præsertim Austriacos spectare in Ecclesiasticos viros cultum, Haereticorum confusioni: ad quæ ipse respondebat: Ego non solùm sum Primogenitus Poloniæ Regis; verum etiam legitimus successor, ac hæres Regni Sueciæ, honoremq. meum nemini dabo. Urgebat nihilominus P. Fonseca, quod si Cardli. Ubaldino loco cedere nolebat, iuxta Parentis instructionem: Legato tamen Bononiensi ad instar eiusdem sui Parentis, qui Rex cum esset, Cardinali Aldobrandino apud ipsum Legato ex pacto loco concesserat: ipse quoq. Bononiensi Legato digniorem locum tribueret, ratio satis patens apud ipsum, qui bene norat, quod Cardinalis Aldobrandinus

noluerat

noluerat Poloniæ Legationem accipere, nisi cum pacto præcedendi ips. Regis: Quapropter P. Fonsecæ promisit: se in reditu ab Vrbe ad Dnum Legatum diuersurum, libentius illi tanquàm Legato loco cessurum. In reditu cum Florentiam peruenisset, misit eadem Dnus Legatus eundem P. Fonsecam ut domum suam inuitaret, redigeretq. in memoriam suum promissum. Florentiam petijt, inuitauitq. eu P. Fonseca: cæterùm dum de loci dignitate ageretur, ille promissi immemor, seu in Vrbe mutatus, asseruit: se eò omnibus Cardinalibus præcessisse: et mox libellum extraxit (prout Germanis mos est) in quo cuiuscunq. Rei actiones annotarat, nempè tali die à tal: Cardinal. loco cessum est; præterea se rem hanc Principibus illis sibi consiliarijs à Rege datis communicasse, eosq. statuisse, ut null. Cardinal. cederet. Neq. P. Fonseca rationes cumulando: promissa in memoriam redigendo, se seq.

in omne latus vertendo eum flectere unquam potuit: imò ad urgentissimas illius instantias aliquantisper commotus, adiunxit: Vos fratres ad obtinendam minimam unius Conventus Praefecturam, nullum non lapidem revoluitis, et vocalibus nullam molestiunculam inferre vultis; et ego, qui horum Dominorum suffragiis ad Regale fastigium evehendus sum contra illorum opinionem aliquid faciam? nequaquam: sed o tempora, o mores! Austriacae Domus Princeps (plures aderant, dum haec ille efferret) Princeps inquam Regni haeres, Dignat[e]llo, et hominibus huiusmodi absq. ullo merito: imò demeritis onustis, eò quod eveh[i] fuerint ad purpuram, dignitate, et loco cedet! tolerabilius esset, si ibi requirerent viri eminentes seu doctrina, seu vitae innocentia et similibus. plura alia evomuit quae in Urbe didicerat in similes Cardinales. Peccabat tamen P. Fonseca pro Cardinalitia dignitate: non enim in dictis hominibus personae, sed

dignitates

dignitates, quae ex se Eminent.mae sunt, colebantur, di-
uinumq; fuisse stratagemma infirma Mundi eli-
gere, ut fortia queq; confunderet. ad rem tamen
nihil illa die conclusit. Accidit interim ut Cardi-
nalis Ludouisius, qui tunc in eodem magni Ducis
Palatio sese tenebat, resciret, quod Princeps a Pi-
cronse habuerat in mandatis, ut ei ageret gratias de
beneficijs ab eo collatis tempore Pontif. Gregorij XV.
nec tamen propterea illum uisere uolebat, et de lo-
co sine aliquo fructu contendere. Per Nuncium er-
go Principi significauit Card. ambiebat, munere
sui Cappellani in Sacello Annunciationis B. Vir-
ginis fungi, ad quod dum Princeps accessit, Sacrum
auditurus, iam Cardinalis Ludouisius sacris indutus
uestibus ad Altare accessit: ita ut eodem tempore
Princeps ad locum praeparatum, et Cardinalis ad
Altare peruenerit. Perfectis Sacris, et sacris exu-
tus uestibus Cardinalis, ante quam de more Deo
ageret gratias, ad Principem accessit, illi gratu-
lans sibi gaudens de munere Cappellani Suae Cel-

situdinis

situdinis, quod illa die inierat, locumq. fecit Prin-
cipi, ut Patris monita exequeretur. Quibus hi-
peractis Cardinalis Ludovisius celeri gressu ad
Altare reversus solitas Deo gratias post sacri
celebrationem rependit, donec Princeps è sacello
ad aulam regressus fuerit, qui mox Cardinalem
Ludovisium miris encomiis in Cælum usq. extolle-
re, ac prædicare: se nunquam in Italia talem ho-
norem fuisse assecutum, nempe quod Cardinalis Lu-
dovisius voluerit esse eius Cappellanus: consequen-
ter se ab eo non modò digniorem locum; verum
etiam multò maiores honores expectare. Eadem
die prædictus Cardinalis Romam versus profectus est
Quo cognito à Principe, cui nihil tale venire
in mentem poterat, in hæc verba prorupit cum
P. Fonseca: Abiit Cappellanus noster Ludovisius
insalutato hospite. Nec minus lepidum est quod
sibi evenit cum Pontifice. Contulerat ei S.mus
Canonicatum in Basilica Divi Petri, ut fa-
cere solent Pontifices cum Imperatoribus, quo

poter

posses ad locum illum ascendere, ubi pretiosissi-
ma Servatoris nostri imago asservatur, quam
vulgò appellant S. Veronica, eamq. cominus con-
templari, quod nemini praeter quam eiusdem Ba-
silicae Canonicis licet. Ducebat secum Princeps
Cappellanum quendam Italum, nomine Dnum
Lampugnanum de se valde benemeritum, a quo
aliquando rogatus fuit ut hunc Canonicatum
sibi renunciaret, exoraretq. Pontificem, ut hanc
Renunciationem admitteret: quod non sine ri-
su in Curia receptum est, licet Princeps acri-
ter sustineret (deludi nolens) posse se de Cano-
nicatu sibi collato pro libito disponere. Caeterùm,
ut narrationis nostrae filum colligamus, vo-
cavit ad se Princeps P. Fonsecam, quem iussit
bono animo esse, ac monere Dnum Bononiae
Legatum, ut habitationem sibi, et comitatui
in eius Palatio appararet, cum eo namq. ac-
cumbere volebat, ipsumq. in suam habitatione
visere: cum hac tamen conditione, quod Dnus

Legatus

Legatus nec eum comitaretur extra limites suæ iurisdictionis: neq. ad illius habitationem, aut uisendi studio, aut quavis alia de causa se conferret. non displicuit P. Fonsecæ arbitrium, qui ut causæ incederet, respondit se per proximum Cursorem moniturum Dnum Legatum, ac responsum daturum suæ Celsitudini. tale autem fuit.

Molto Rev. P.re

Mentre il s.r Prencipe di Polonia non hà mutato stato ne titolo, io non hò bisogno di spedire a Roma, per sapere come io hò da trattarlo, tenendo già ordine di quanto devo fare, e supponendo, che N. S. persista nell'istessa risolutione, poi che non m'è stato scritto altro, e perchè io stimo, che la risolutione presa sia buona, e che non si debba far di avvantaggio, nè voglio esser occasione di farla mutare con procurare nuovi ordini, i quali quando mi venissero, sappia V. P., che io gl'eseguirei malis.o

volontieri

volontieri, e che forsi mi sarei ammalato per nõ
essere il primo, in chi la Sede Apostolica facesse
tanta perdita. La somma è questa, che io vo-
glio la dritta del Prencipe in tutti i luoghi, fuo-
ri che in luogo mio proprio. I Polacchi sanno
meglio di tutti gl' altri la differenza del Card.
Legato, e non Legato, sapendo la maniera, con
che il loro Rè tratta gli uni, e gl' altri; et il
Sig. Prencipe si può ben ricordare di quello, che
partendosi di qui mi fece dire da V. P. che non
haverebbe nel ritorno fatto difficoltà a darmi
il primo luogo in sito suo proprio. L' honore,
e l' amore, con che è stato riceuuto, e trattato
a Roma da N. S. non deue farli diminuire,
mà si bene accrescere il rispetto, che S. A. deue
alla Sede Apostolica, la quale è qui rappresen-
tata nella persona del Legato. In luogo terzo
non è necessario, che ci trouiamo, mà in tal
caso io non ammetterei dissimulatione alcuna.
È necessario, che V. P. parli chiaro, acciò S. A.

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA

prima di risoluersi sappia la mia risolutio-
ne, la quale, salui i punti, che io hò detti, è
di seruirlo in tutti i modi possibili, conforme
a gli ordini, che n' hò da S. Sà. Nel resto S. A.
comandi, che in ogni cosa hà da incontrare il
suo gusto, come si procurò di fare l'altra uolta
ne io potrò riceuere maggior mortificatione, che
sentire, che S. A. non resti appagata di quella
più affettuosa, e deuota seruitù, che io posso
renderle; mà sarà finalm. minor male, che
S. A. non resti sodisfatta, e che la dignità del-
la Sede Apostolica si conserui illesa. Voglio
però sperare, che l'euidenza della ragione,
l'intentione datami da S. A., et il ualore, e
destrezza di V. S. habbiano a saldar bene que-
sta partita; e quando non si possa far altro,
si potrà fare come l'altra uolta. Temo, che
il sig. Cardinal Lodouisi a quest' hora sarà
partito: quando non fosse V. S. le farà in
mio nome humilme. riuerenza, e le ren-

derà

derà gratie degli auuisi, e le dirà, che io m'assicuro, che V. S. Ill.ma lodarà questa mia risolutione tanto più, che seguo l'essempio suo. V. S. mi auuisarà di quanto occorre con la sua solita accuratezza, e rallegrandomi seco del gusto, che riceue da coteste feste; resto salutandola, et abbracciandola con tutto il cuore. Di Bologna 30. Gennaro 1625.

D. V. S.

Come fratello amoreuol.mo
Il Cardinale Vbaldini.

Placuit igitur Cardinali propositum arbitrium, ea praesertim ob causam, quod licet Polonus in hoc superior esset, quod nunquam loco cedebat Legato, sed semper praeminebat: in hoc tamen multò inferior reddebatur, quod visitatio a Cardinali non rependeretur: quae eminentia primam magna ex parte superabat. Perlato ad Principem Cardinalis arbitrio, et ab ipso ratificato, Felsinam reuersus est. Vt tamen Poloniae

Princeps staret promissis, ac inita inter eos pacta scriptis firmaret, P. Fonseca litteras exarauit ad eundem Principem, et ad Dnum Ducem Radziuilium eiusdem supremum Consiliarium, eos certiores faciens, quod Dnus Legatus iuxta inita cum eo pacta quam primum Celsitudinem suam expectaret. Post aliquot dies id responsi accepit a Dno Principe.

Vladislao Sigismundo Prencipe di Polonia, e Suecia electo Gran Duca di Moscouia, Amministratore dei Ducati di Smolensko, Seueria, Czerneouia &c.

Rev. Pre. Habbiamo riceuuta la sua lra, la quale rinfrescandoci la memoria delle cose, delle quali ci parlo V. P. qui in Firenze, ci ha messo pensiero d'effettuare tutto quello, che all' hora conferimmo insieme, di che assicurando V. P. la prego di raccomandarci all' Illmo Sig. Card. Legato di Bologna, si come ancora ci raccomandiamo all' orationi di V. P. Di Firenze

li 7.

li 7. del mese di Febbraro, l'anno 1625.
Vladislao Sigismundo.
A. Dño Duce autem Razziuilio aliæ sequentis
tenoris litteræ redditæ fuerunt
Al molto Rev. Pre Amico mio Oss.mo il P. Damia:
no Fonseca dell'Ord. di S. Domenico, Teologo
dell'Ill.mo Sig. Cardinal Legato di Bologna.
Molto Rev. Pre Amico mio Oss.mo
In conformità del desiderio, che V. P. hò proposto à
S. A. S. tutto quello, che s'è compiacciuta di scri:
uermi nella sua lra. S. A. senza farne difficol:
tà s'è risoluta di fauorirla, promettendo di
sodisfare alla uolontà di lei in tutto che V. P.
presentialmente ci hà proposto. Mi perdoni,
se hiersera non gl' hò mandata la risposta,
poi che il mancamento non è stato cagionato
dalla poca prontezza mia; mà che per certi
impedimenti non hò potuto hauer la risolu:
tione di S. A. così presto, la quale per hora è
tale, come l'intenderà dalla qui gionta, pre:
gandola

gandola per fine di far riuerenza dalla mia par-
te all'Ill.mo Sig.r Cardinal Legato, le bacio le mani.
Di Firenze li 7. di febbraro 1625.
D.V.P.

Aff.mo Seruirla
Alberto Stanislao Razicilli Duca d'Olica
Cancell.o m.o ...

Paulo post Pisis sequentes litteræ redditæ fuerunt,
quibus certior fiebat de Principis aduentu.
Al molto Rev.o P. Fonseca Teologo dell'Ill.mo, e R.mo
Mons.r Legato di Bologna

Admodum Ver.e P.

Questa solo seruirà per auuisare V.P., come S.
A. Ser.ma non hà potuto ritrouarsi in Bologna
secondo l'accordato con V.P., per hauer fatto
il uiaggio di Liuorno, quale non pensaua fare.
hora V.P. sarà auuertata, come uuole S.A
essere in Bologna a 22. del p.nte a desinare,
re, uolendo lui partirsi giouedì sub.o, cioè il
20. di Firenze, et arriuar costì li 22. ele

fine

fine a V. P. mi raccomando. Di Pisa li 15 di
Febbraro 1625.
D V. P. m. Rev.

Aff.mo Servitor
Alberto Stanislao Radziwill Duca d'Olica
Cancell. magg.

Unde transmissis omnibus officialibus ad Princi-
pem magnificè tractandum necessarijs, P. Fon-
seca se contulit, in oppidum quod vocant Sca-
rica l'Asino, ubi regio cum splendore, appara-
tuq. cunctis benè dispositis in monasterio Oli-
uetanæ familiæ, ipse cum nigris vastatoribus,
qui iter altissimis niuibus præclusum aperi-
rent, occurrit. Cumq. ad montis altissimi in-
ter Alpes, Iugi appellati ~~culmen~~ cacumen
peruenisset, Principem offendit, ~~quem~~ cum
postquàm Polonico more idoneo gestu, cultuq.
salutasset, potum illi nationi gratissimum
propinauit, quem Felsinates Polarelinam,
Poloni Rosaledinam, Itali vitis aquam vo-

cant

cant, existens in Alpium cacumine de mense februario, dum omnia algent frigore, gratissimus accidit, et per plures dies provisionem huiusmodi celebravit. Nullam in ingressu in Urbem voluit pompam, sed incognitus recta ad Legatum divertit, a quo magnificentissimè exceptus, et per quinque dies lautè tractatus.

Vix Princeps Felsina abierat, quùm summo mane quidam Collegij Hispanorum Alumnus P. Fonseca familiaris hunc secretò monuit quod Dux de Alcalà illa nocte ex Castro Bononiensi per proprium Cursorem litteras ad Rectorem Collegij Hispanorum scripserat, quibus monuerat, ut eum ad prandium expectaret cum eo etenim per unam, aut alteram diem incognitus se se detinere volebat. Quo audito P. Fonseca, cum nondum hora esset exergefaciendi Legatum, sine mora currus parari iussus Castrum versus Bononiense

iter

iter arripuit, et ut primum Ducem offendit more Hispano salutavit: a quo interrogatus quisnam esset, respondit: se esse Theologum Cardinalis Vbaldini Bononiæ Legati, a suo Domino ei obviam missum, ut invitaret domum suam. Excusavit se Dux, inquiens: se incognitum accedere, ac instituisse, ut sui quoq. incogniti reciperentur. Incognitus advenit Bononiam Pastrana Dux, addidit D. Fonseca, qui ipse quoq. ad domum Cardinalis divertere recusabat; verùm expertus maximam commoditatem, quam dom. sua habet, ~~~~~ domus eminent. ad recipiendos incognitos, illam ægrè reliquit. non secùs igitur, ut spero, accidet Exc.ª Vræ, recusanti Hospitium Dñi Legati. Ille iàm a Pastrana hæc audivisse affirmavit; cæterùm expectari ad prandium a Rectore Collegij Hispanorum. Atq. hoc equidem, ait D. Fonseca, rationi consonum est quod Exc.ª Vrã Collegium illud sua præsentia illustret

post prandium autem veniet Dnus Legatus, seu alter ad libitum Exc. Vrae, qui eam ad Aulam ducet, quia sic omnino fieri vult Dnus meus, qui nunquam passurus erit Exc. Vram alio divertere, ut hactenus cum caeteris eiusdem conditionis se gessit. Coget me Dnus Legatus, ait Alcalà. nequaquam, respondit P. Fonseca; sed stabit in funiculis Adam, et in vinculis charitatis (doctus erat Diz de Alcalà, et optime capiebat modum istum loquendi scripturalem) et si hoc modo non stabat, per inedia et siti stabit: praecipiet namque omnibus Urbis cauponibus (ut alias fecit) ne aliquem famulum, seu Equum Exc. Vrae recipiant, cibo, potuque reficiant, aut hospitentur sub poena trium ictuum fidicularum: ex quo ad domum Cardinalis divertere coactus erit. Remeat domum P. Fonseca, remque tota Cardinali ignaro aperit, qui melius peragi nõ posse, cum maximis suae Theologiae encomijs

praedicare

praedicare coepit. Interim ille Prolegati currum
ascendens, iterum Duci obviam ivit, quem prope
Urbis portam offendens, in currum admisit, du-
xitq; ad Collegium Hispanorum, et ipse ad Dnum
Legatum recursus, subdidit decere Sua Illma Sci-
licet absq; pompa tollere Ducem è Collegio Hispa-
norum, ~~ipseq; ad Dnum Legatum~~ Placuit Illmo
consilium, et currum Prolegati absq; aliquo fa-
mulo ascendentes, Collegium petiere, in quod in-
gressus D. Fonseca, reperit Ducem post epulas
cum ijs iuvenibus confabulantem; et rogatus,
ut continuò descenderet, nàm currus cum Co-
mite ad ostium aderat expectante. Expectet
currus, expectet comes, ait ille, et nos consue-
tudine horum Dominorum paululum fruamur.
mur. cumq; colloquium in longum protrahe-
retur, necessarium fuit ad aures mussare quis-
nam esset comes. Quo audito è mensa prosiliens
ad currum advolavit, et a Cardinali ad parata
habitationem ductus est, ubi diduum splendidè

habitus est, Venetias deinde profectus. Vix binæ effluxerant hebdomadæ, quum ab Vrbe Ferraria literas dedit ad P. Fonsecam, quibus significabat illummet Ducem de Alcala, qui antea D. Cardinalis hospitium recusaverat, tunc se ipsum invitare, rogareq. d. Legatum, ut suum currum transmitteret ad Malalbergum, unde Felsinam ~~[illegible]~~ adveheretur. Ingratus accidit nuncius, propterea quod tunc temporis tota domus esset plena Germanis, et Florentinis, qui ex Vrbe Florentia sponsam sororem Magni Ducis Hetruriæ, Archiducem Austriæ eius virum et Cardinalem Medices comitati fuerant. Legatus horum Principum obsequijs se totum devoverat, et quod in alijs facessebat negotium, deerant famuli, ac ministri, qui toti erant servitijs Archiducum et Comitatus. id tamen oneris suscepit P. Fonseca, et ascendens currum Dni Legati, Duci obviam profectus est, eumq. Bononiam advectum in pristinam habitationem

introduxit

introduxit. Mox praecepit Domus Praefecto, ut
famulis Ducis de Alcalà provideret, daretq; quicqd
postulassent, epulas eorum Domino more Hispa-
no paraturis. Cumq; prandendi tempus advenisset
nullusq; Officialis, aut famulus Dñi Legati mini-
straturus compareret, dixit secreto P. Fonseca
Duci de Alcalà (qui carnibus vescebatur diebus,
quibus ab Ecclesia interdicitur) ingenue aperiã
Exc. trẽ quoddam horum Italorum scandalum,
qui nos Hispanos Maranos vocant, eo quod car-
ne vescamur diebus, quibus ab Ecclesia interdicitur.
Quapropter nollem, quod quis ex famulis Dñi Car-
dinalis huc compareret; sed domestice agamus
volo rem cum nostris Hispanis. Optime adver-
tit P. Vrã, iniunxit Alcalà: Quare omnes foras
et neminem hic remanere patiatur. Continuo
P. Fonseca in Aulam egressus, alta voce ait: Om-
nes, nemine excepto foras exeant, nam Dux pri-
vatim vult refici, et tamen in Aula nemo prorsus aderat. Felsina tunc non modo rerum om-

nium

[illegible]m annona abundabat; sed etiam pulchra
uisu erat propter magnificentissimos apparatus
equitatum, et frequentem nobilitatem: propterea
plurimùm placuit eidem Duci.
Interim Duci de Alcalà redditæ fuerunt litteræ a Mu-
tinensi Duce per Comitem Montecuccolum, quibus
eum ad Aulam inuitabat, dum Mediolanum esset
reuersurus: qui tamen huiusmodi hospitium re-
spuens, per litteras se excusauit, quas tamen idem
Comes noluit ad Ducem mittere, quia non ade-
rat titulus Serenissimus; sed Excellentissimus,
et quanquam P. Fonseca contenderet: magnates Hi-
spaniæ, et Proreges Neapolis, Catholicæq. Maie-
statis Oratores de titulo excellentiæ cum omnibus
Italiæ Ducibus, quantumcunq. absolutis conuenis-
se: noluit tamen acquiescere Montecuccolus;
et ne quid incongruens inde oriretur, præcepit D.
Legatus P. Fonsecæ, ut cum litteris Ducis de Al-
calà Mutinam se conferret, remq. cum Mu-
tinensi Duce componeret, et pararet diuersorium

Duci

Ducis de Alcalà. Rebbe cuncta consecutis D. Fonseca, et Mutinæ Dux agere factus fuit, id conventum esse cum Magnatibus Hispaniæ, quod inter sese æqualibus Excellentiæ titulis tractarent: neq. propterea maiorem titulum ab Alcalà expectasse. Exinde magnificam cuiusdam optimatis domum adaptavit, iussitq. lautam cœnam parari, contentus sese domi tenere, neq. Ducem de Alcalà visere, quem D. Fonseca in suo reditu prope Mutinam offendens, ad paratum diversorium duxit, narravitq. quicquid de suis litteris a Mutinæ Duce responsum fuit

Cogitat Cardinalis Vbaldinus mittere ad Vrbem P. Fonsecam; qui interim Insubriæ Prouincialem suo Generali Mro rebellem a Prouincia suspendit. Cap.

Inter domestica colloquia, quibus Dnus Legatus animi gratia tempus transigebat cum P. Fonseca, sæpè sermo incidebat de exclusione Cardinalis Campora a Pontificatu, quam non modò iustissimam, sed etiam gloriosissimam fuisse prædicabat. P. Fonseca autem contrariam sententiam tenens, linguam cohibebat. Verùm aliquando multiloquio prouocatus, in hæc uerba confidenter prorupit: iustissima fuisse non dubito, ac ad statum Vræ Illmæ Dominationis conseruandum pernecessariam subscribo: cæterùm fuisse gloriosam Romana Curia inficiatur, arbitraturq. cumulo gloriæ, quam sibi Vra Illma Dnatio suis heroicis actionibus comparauit, solam gratitudinis gloriam desiderari

siderari; cum enim neminem lateat Purpu:
ram, et quicquid cum Purpura habet Burghe:
sia Domui in acceptis referre debere: quando
in hac exclusione Cardinali Burghesio eandem
familiam representanti Ill.mo D. Oratio sese
ex diametro opposuit, continuo summæ ingra:
titudinis notam subire visa est, et ideo res in:
gloria potius, quam gloriosa existimatur. Fate:
batur Cardinalis actionem huiusmodi cum suis
circumstantijs consideratam ingratitudinis spe:
ciem præ se tulisse: quare affirmabat se diu
exoptasse, animoq. voluisse quomodo suæ con:
scientiæ, et Cardinali Burghesio satisfaceret,
neq. unquam potuisse: temporis autem decur:
su Deo primum, cui totum esse, et purpuram
in acceptis referebat, deinde Cardinali Burghe:
sio, a quo secundo fuerat promotus, praeter quam
primum potuisset relaturum. Obijciebat D.
Fonseca: hæc Curiæ esse ignota acceptum namq.
beneficium erat lippis et tonsoribus manife:
stum

stum: et causam exclusionis omnes praeter ip-
sum ignorabant: quemq. ergo se causae Judicem
facere, ferreq. sententiam in Cardinalem Vbaldi-
num: quare ad obstruenda detrahentium ora, vel
ipsius manifestandam sine veritatem, et in-
nocentiam (quod non expediebat) vel Cardinal.
Burghesio morem gerundum. Stat, ad sancta
haec in parte candide protulit, et tam bellè
persuasum voluit, ut serio cogitare caeperit
quomodo consuleret malo in dies gravanti,
aemulorumq. invidiae in dies ingravescenti.
Altera die cum de eodem subiecto iterum sedes
des sermo, significavit Dnus Legatus maxi-
mo se teneri desiderio reconciliandi Cardinal. Bur-
ghesio, sine praeiudicio tamen suorum amico-
rum Cardinalium, Ludovisij nimirum, et Al-
dobrandini, ac sine ullo sui dedecore; neminemq.
agnoscere magis idoneum ad rem hanc cum
dignitate pertractandam, ipso Pre Fonseca: tum
quia ista videbatur praecipua illius vocatio (ut

Dichiarare

dictitare solebat Cardinalis) reconciliare inimi-
cum, et componere discordes animos: tum et-
iam quia gratus erat utriq. parti discrepanti;
et ad utramq. liber patebat accessus. Quare
non abs re fore, si se ad Urbem alio sub pretex-
tu conferret, ac totis viribus rem hanc aggre-
deretur. Displicuit summopere P. Fonsecæ ser-
mo iste, non tantum propter insuperabiles dif-
ficultates, quibus implicatum negocium istud
contemplabatur; sed etiam quia pro certo habe-
bat reconciliationem huiusmodi ingratissimam
fore omnibus Cardinalis Ubaldini amicis, qui il-
lum a Burghesio alienauerant, Ludouisio
præsertim, ac Aldobrandino, Burghesij hosti-
bus acerrimis. His accedebat, quod duo fratres
Dni Legati in Urbe aderant, uterq. sua uia
periculosus: alter spiritualis Diui Petri
Canonicus, Hugo Ubaldinus dictus: po-
liticus alter, equestris militiæ Pontificis
custodiæ destinatæ Dux, Octauianus ap-

pellatus fuit, cum eorum matre adhuc superstite, qui nimis ægrè laturi essent; quod tanti pon-
deris negocium grauissimas consequentias con-
seruationis, aut destructionis proprij status
secum ferens per aliorum manus transiret. nec
erat spernendum, quòd tractatus iste ita lubri-
cus à nouo Cardinalium Collegio, ac ab ipsomet
Summo Pontifice, illiusq. Nepotibus posset si-
nistrè interpretari, quasi contenderet hac uia
Cardinalis Vbaldinus (cuius fauina habita fuis-
set) uetus Cardinalium Collegium unitum habe-
re, quò illius unita uirtus fortior esset aduer-
sus nouum. neq. silentio prætereundum, quod
hac uia D. Fonseca sese signum faciebat, in quod
Aulici omnes mortales uisus essent collimaturi.
sibiq. præsagiebat talem procellam in se fore
excitandam ab hoc reconciliationis tractatu,
ut uix toto suæ uitæ curriculo sedanda esset.
His ergò omnibus, et alijs huiusmodi recta
iudicij trutina ponderatis, ita eius mens ob-

ruebatur

rucebatur, ut ~~difficile, ac~~ grave onus excutere
voluisset tàm difficilis, et lubricæ Provinciæ:
exindeq operam, ac industriam suo Domino de=
negare nefas magnum existimabat in re præ=
sertim, quam ipse suscitaverat, atq asseuera=
rat esse omninò necessariam: Quare dubius
hærebat in ancipiti, temporisq beneficium ex=
pectans, rescivit sui Ordinis generalem Ma=
gisterium maximam inferri a quodam Sub=
dito, Magistro nimirum Fondonio Insubriæ
Provincial., qui ideò contemnebat non modo
illum; sed et supremam illius authoritatem,
ut spretis eius mandatis, ~~ab~~ illi pœne se
subtraxisset.

Coactus igitur fuit Mag. Ordinis suos visitato=
res mittere, qui in eum animadverterent. eos
accipere renuit Provincialis, præsumens
Provinciam illam non subiacere visitatoribus,
sed vel ab ipso Ordinis Magistro, vel a nemine
lustrandam esse. neque deerant in Curia, nec

extra Ill.mi Protectores, qui ei patrocinarentur. Cumq. generalis Magister de sua Ordinisq. dignitate serio esset sollicitus, occurrit prudentia P. Fonsecae, cui hoc onus imponere statuit. misit ergò Felsinam P. M. Capriatam eius socium benè instructum cum literis ad P. Fonsecam cui totam suam authoritatem impertiebatur, quò in d.m Insubriae Provincialem animadverteret: interrogaret eum hijs examinis articulis: carceribus mancipatet, et pro crimine poenas infligeret, prout in instructione P. Mri Capriatae continebatur. Exemplum autem praedictarum literarum sequens est.

Al molto Reu. Pre Mro Fra Damiano Fonseca de Predicatori. Bologna.

Molto Reu. Pre Mro. Il P. Mro Fra Gio. Battista da Capriata communicarà con V. P. m. Reu. una causa, che io gli hò commessa di alcuni casi occorsi nella Provincia di Lombardia per occasione dell'elettione, che

che l'anno prossimo passato si fece di Prio=
re nel Conuento di Cremona. Desidero, che V. P.
essendo ricercata da esso Padre Mro. sia
insieme con lui dovunque bisognarà, e s'ado=
pri in tutto quello sarà necessario per esegui=
re intieramente la d.a mia commissione, che
oltre s'impiegarà V. P. m. Reu. in seruigio, e
benefitio della Religione, io ne sentirò gusto,
e sodisfatione particolare; e rimettendomi
a quello, che di più le dirà il sod. P.re Mro,
mi raccomando a suoi santi sacrifici. Di
Roma alli 21. di febbraro 1624.
P. V. admodum Reu.

Conseruus in Dño
Fr. Seraphinus Siccus mag.r Ordinis.

Post hæc grauissima uisa est P. Fonseca cau=
sa, ex qua nihil utilitatis plurimum incom=
modi percipere, et perpetuam inimicitiam cum
d.o P. Prouinciali, omnibusq. suis amicis contrahe=
re necesse erat. exinde uerò clarè agnoscebat ne=

minem

minem se excepto idoneum fore ad dum Petrum corrigendum propter temporis circunstantias, seque tantum Dominicano Ordini obsequium praestiturum. Quare unde inclinaret nesciebat, consulensque Dnum Legatum, responsum accepit, quod magistro, atque Ordini inseruiendum erat. Tunc P. Fonseca itineri se committens una cum P. Mro Capriata Cremonam, ubi esse Provincialem cognouerat, perrexit: quod cum ab eo rescitum fuisset, Ticinum properauit: ipse quoque magnis itineribus illius sequens vestigia Ticinum se contulit. Provincialis Mediolanum profectus est, et inde in Venetum dominium se recepit. P. Fonseca Provincialis astutiam agnoscens, noluit sub iurisdictione Veneta causam agitare; optime sciens se non modo desideratum auxilium brachij saecularis, si foret opus; sed etiam inhibendum ne quidquam in Provincialem intentaret. Quare de consilio P. M. Capriatae Bononiam remeauit, quo Provincialis necessario compare-

re

re debebat ad celebrandum instans Capitulum Provinciale. Nec multos post dies Visitatori nunciatum fuit, quod Provincialis esset Ferrariæ, loci non parum opportuni ad cohibendam illius temeritatem, assistentia præsertim Cardinalis Cennini Legati, et Marchionis Rodulphi Ducis militiæ Pontificiæ, qui ad minimum nutum Sedis Apostolicæ presto fuerunt cum utroq. brachio, spirituali scilicet, et temporali: nominato igitur causæ huiusmodi Secretario Pre Lectore Seravalle, ad Urbem Ferrariam festinarunt. Placuit Visitatori ante quam causam aggrederetur, soli solum Provincialem alloqui, cui exposita sui adventus causa, eius petulantiam increpavit: originales literas, quas temerè ad Magistrum Ordinis scripserat, ostendit, quales neque Superior ad inferiorem scripsisset: his addidit: se illuc non accessisse, ut ei verecundiam faceret, aut illustrem Insubriæ Provinciam diffamaret: propterea se exoptare, ut clam inter ipsos res tota ageretur, neq. hu-

aduentus causam aliò collimare, quam ut attritæ Ordinis, eiusq. magistri existimationi consultum iret, cuius authoritatem in seipso agnosceret, ac obedientiam, quam cogebat suos subditos sibi præstare, suo quoq. ac Ordinis magistro promptissimam exhiberet. Quod si facere non renueret, spondebat ita se gesturum in eâ causa, ut ipse suo Capitulo Provinciali præesset, successorem suum pro libito electurus. Sin minus id iam ad futurum brachij sæcularis auxilium, quod iam in promptu erat, et cum illud adfuisset nullius rei rationem habiturum, uel si orbis periret, se ius administraturum. Quare sibi caueret, atq. Ordini consultum uellet. His dictis euasit. Post paululum temporis iterum cum P. Mro Capriata, et Secretario Provincialem aggressus, suam ei authoritatem intimans, continuò præcepit ut in terram prostratus pro more ueniam peteret, atq. ijs, quibus de interrogaretur, responderet. Paruit

Provincialis

Provincialis, ac iis quibus de[...] fuit interrogatus, satisfecit, ac in suam cellam sequestro positus est. Postera die fuit interrogatus, et de rebellione a suo gn̄ali magistro convictus, venia ab ipso Rm̄o. humiliter postulata, se subscripsit. His sic peractis, Felsinam reversi sunt, Provincialem secum ducentes, quem rursus in sua cella sequestrarunt. Tunc P. Visitator virtute authoritatis sibi ab Ordinis magistro collatae, publice dum omnes accumberent provincia eum interdixit, ac suspendit, et sequentem suspensionis sententiam per universam Provinciam iussit promulgari.

Die 13. Aprilis. 1624.

Admodum RR. PP. Magistri Fr. Damianus a Fonseca et Fr. Jo. Bap̄ta de Capriata Commissarij, et Judices delegati.

Visis processu, et alijs omnibus videndis, inhaerentes etiam commissioni Rm̄i. P̄ris Genera-

lis

lis; de qua in Actis decreuerunt d. P. Mrum 2
Frem Lactantium de Cremona suspendendum
fore, et esse ab officio Prouincialatus, et Vi-
cariatus respectiuè d.e Prouinciæ Lombardiæ,
quemadmodum de facto suspenderunt, præci-
pientes eidem Patri Mro Fri Lactantio su-
prad.o in virtute Spiritus Sancti, et Sanctæ
obedientiæ sub præcepto formali, nec non sub
poenis ad arbitrium R.mi P. Generalis, et eo-
rundem admodum R.R. P.P. Commissario-
rum infligendis, ne ullo pacto se ingerere au-
deat in dictis officijs Prouincialatus, aut
Vicariatus d.e Prouinciæ respectiuè, neq. exer-
ceat aliquem actum iurisdictionis pertinen-
tem ad regimen d.e Prouinciæ Lombardiæ
sub eisdem poenis. Declarantes etiam eadem
authoritate R.mi P. Generalis omnia, quæ
contra d.m præceptum fuerint forsan quomo-
dolt gesta, seu attentata, esse, et fore ip-
so facto irrita, et nulla.

Præterea

Praestita tamen ipsi facultate adeundi Romam illicò post huius Decreti eidem factam intimationem, ad effectum se praesentandi Rmo P. Gnali: qua licentia si uti noluerit, praeceperunt eidem sub eodem praecepto formali, et poenis, ut recto tramite se conferat illicò ad suum Conuentum originalem S. Dominici de Cremona post praesentis Decreti intimationem, a quo Conuentu non recedat absq. Rmi P. Gnalis, uel eorundem admodum RR. PP. Commissariorum speciali licentia in scriptis, et ita mandarunt, et decreuerunt non solùm praedo, sed omni alio meliori modo &c.

Fr. Damianus Fonseca, qui supra manu propria.
Fr. Jo. Baptista de Cagriato, qui supra manu propria

Quo peracto ad Ordinis magistrum rem totam detulit, originariumq. processum transmisit. deinde subdidit opus esse Prouincialem suo muneri quamcitius restituere: siquidem

sese illi subiecerat, errorem fassus fuerat, ac poposcerat, porrebatq. ueniam, quibus satis suæ dignitati, ac honori consultum esse uidebatur: his accedere, quod Cardinalis Scagl.a summo amore prosequebatur eundem Prouincialem, et propterea facili negocio impetraturus esset a Cardinal. Pinghesio Ordinis Protectore illius restitutionem non sine dedecore ipsius magistri Ordinis: Quare satius multo fore, si ab ipso præueniretur.

Placuit consilium Ordinis magistro, omniaq. ad mentem ipsius facta sunt rescripsit, et eum litteris transmisit absolutionem, et restitutionem Prouinciæ, quò liberè præesset instantib. tunc Prouincialibus comitijs. Tunc P. Fonseca exultabundus easdem absolutionis litteras Prouincial. reddidit, factus mitridaticum antidotum ueneno si morsus.

Confirmatus Ordinis magister ea, quam P. Fonseca conceperat, opinione de prudentia, et dexteri-

tate

tate P. Fonsecæ, laborem illius nouo labore pro more Principum remunerauit, et aliam causam Præfecti Cremonensis Monasterij sequentibus litteris commisit.

Al molto Rev. Pre Mro Fra Damiano Fonseca de Predicatori. Bologna.

Molto Rev. Pre mro S. La qui giunta è la copia di una, che mi scriue il P. Priore di Cremona, qual mando a V. P. mto Rev., perche veduto quello, che mi scriue questo Padre, s'adopri lei col P. Prouinciale per la speditione della sua causa. confido nella diligenza sua, e destrezza nel maneggio de negotij; e mi rendo certo, che quanto prima farà terminarla; e con questo mi raccomando a suoi sacrifici. Roma li 16. Giugno. 1627.

Hauerò a caro, che sia insieme col P. Prouinciale, e S. faccia questa causa con ogni integrità. In tanto riuerisco l'Illmo Sig.

Cardinal Legato &c.
P. V. A. Rev.

Conseruus in Dño
Fr. Serafinus Siccus mag. Ord.

Et quoniam P. Fonseca onus sibi impositum, quamquam nimis odiosum sine contradictione suscepit, alias litteras ab Ordinis magistro accepit sequentis tenoris.

Al molto Rev. Pre Mro Fra Damiano Fonseca de Predicatori. Bologna.

Molto Rev. Pre Mro S. Hô hauuto caro, che habbia accettato il giuditio della causa del P. Priore di Cremona, perche affidato della sua integrità, e prudenza, spero, che sarà terminata con compita giustitia. Faccio riuerenza all' Illmo Sig. Card. Legato, et alle sue orationi mi raccomando con compagni. Roma li 30. Giugno 1627.
Spedisca pure la causa del sodo P. Priore

di

di Cremona nel modo, e forma, che giudica
bene, che mi rimetto alla sua prudenza.
P. V. admodum Rev.
Conservus in Dño
Fr. Seraphinus Siccus Mag. Ord.
Eandem die 7. Augusti in ordine ad eandem
causam hæ litteræ P. Fonseca ab ex ordinis ma-
gistro redditæ fuerunt

Al molto Rev. Pre Mro Fra Damiano
Fonseca de Predicatori. Bologna.

Molto Rev. Pré Mro S. Intorno alla
causa del P. Priore di Cremona non occor-
re, che si mandi frate alcuno qui in Ro-
ma a posta, perchè o si può terminare in
coteste parti, ouero si possono mandare
qui le scritture in mano di qualche Pa-
dre, che le uederanno quanto più presto
si potrà, e di poi si uerrà alla spedizione.
Veda V. P. molto Rev. qual gli pare più

espediente partito di questi due per ultimare questa causa, et in questo mentre mi raccomando alle sue orationi con compagni. Roma li 7. Agosto 1627.

P. V. Admodum Rev.

Conservus in Dño

Fr. Seraphinus Siccus Mag. Ord.

Facetum quidpiam, quod eodem tempore accidit, non abre intermiscebo. Reperiebantur aliquando simul Felsinae Cardinalis Ludouisius illius Cathedralis Archiepiscopus, et Ordinis S. Benedicti Protector, ac Cardinalis Vbaldinus Legatus, qui cum incidissent in Abbatem S. Procul. monacum Benedictinum, ut ientaculum aliquando dare vellet in amoena, et toti Vrbi eminenti loco (quem Montis Mariam vocant) spectante ad eundem Abbatem. neq. tamen solemne conuiuium pararet pro hospitum qualitate. Subiunxit Protector. sufficit acetarium, et quatuor oua assata. Annuit Abbas. Dñus Spinola autem Prolegatus, ac alij familiares

res

res Cardinalium, qui eos comitari uolebat, se ad lau-
tam coenam praepararunt diurna inedia; inter quos
numerabatur Episcopus Cariophilus nuncupatus, et
P. Fonseca dictorum Cardinalium Theologi, Viri ve-
getis caloris naturalis, quibus non semel accidit bis
prandere absq. ullo temporis interuallo, et Caudatarius
Cardinalis Vbaldini Auxigema nomine tam uorax
erat, ut post quàm ante, ac satis superq. pran-
sus esset, integrum uitulae caput sibi apponi iu-
bebat, cum quo per iocum ludens non cessabat, do-
nec integrum non deuorasset. Cum ergo statâ ho-
ra ad destinatum locum conuenissent, nil aliud
ad mensam appositum inuenerunt praeter aceta-
rium, et oua aspersa. Stupuerunt Conuiuae, prae-
sertim Episcopus Cariophilus, qui cum nimis aegre
ferret uulnus gutturi inflictum, calamum ar-
ripuit, nimiumq. satyricè in Abbatem inuectus
est, eò quod tam sordidè grauissimos Viros tractas-
set; imponens ut pro Zona catenam ferret. Cum
haec ad Generalem Benedictinorum Abbatem

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

pelavoc eisent, eum suspendit a Provincia, ipse ergò confusus, et facti pœnitens ad P. Fonsecam confugit, suam damnans ineptiam, rogauitq. exo-ratos vellet eodem Ill.mo, ut altera die cum eodem comitatu ad d.m locum se conferens, futurum namq. ut ipse ineptiæ pœnas lueret. Quo obten-to magnificentissimum, atq. lautissimum parauit conuiuium. Tunc impetrata sui muneris resti-tutione P. Fonseca.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

BIBLIOTECA NACIONAL DE LISBOA